Bayerische StaatsBibliothek
Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Bernegger, Matthias

Discursus Historico-Politicus De Peregrinatione Studiosorum

Argentoratum 1619

4 Diss. 3232,18
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10958931-1
VD17 23:259819L

Diss. 4°
3232
18.

Diss. 4.° Bernegger
3232 (18

<36611187140018

<36611187140018

Bayer. Staatsbibliothek









II. Vol. CXXXVIII.

# DISCURSUS HISTORICO-POLITICUS De PEREGRINATIONE STUDIOSORUM,

QVEM

*SS. AVXILIANTE TRIADE.*

In inclytâ & celeberrimâ Argentoratenſium Academiâ,

SUB PRÆSIDIO,

*Viri Clariſſimi & Excellentiſſimi Dn.*

M. MATTHIÆ BERNEGGERI Hiſtoriarum ibid. Profeſſ. ordin.

*Publicè diſcutiendum proponit Author,*

DANIEL GRUBERUS EISENSTADIENSIS AUSTRIACUS.

Ad diem Maij in Auditor. Major.

*In terris peregrinari jucundum, in libris malum, â ſalute peſſimum.*

*ARGENTORATI*

Typis IOHANNNIS REPPPI. Anno qVI non eſt hoDIè, CrasMInVs aptVs erIt.

440



















*VIRIS*

# NOBILIBUS AMPLISSIMIS ET PRUDENTISSIMIS,

Dn. FRIDERICO STADELMANNO Judici graviſſimo, cæterisq; Dominis SENATORIBUS inclutæ Eiſenſtadienſis Reipub. digniſſimis, Patribus patriæ, Curatoribus meis univerſis & ſingulis, Favitoribus & Pattonis piâ veneratione proſequendis.

Dn. FRANCISCO LACKNERO J.U.D. eximio, Conſuli meritiſſimo, reliquisq; Dn. ASSESSORIBUS, illuſtris Sopronienſiũ Civitatis Regio-liberæ, itidem Fautoribus, Promotoribus & Patronis omni obſervantiæ genere, reverentiæq; cultu ſuſpiciendis.

*Nec Non*

## VIRIS NOBILIB. CONSULTISS. & Litteratiſſis,

Dn. HIPPOLYTO LEHNERO J.U.L. Clariſſimo, aulæque Cæſareæ Vienn. Advocato ordinario,

Dn. JOHANNI WAGELE, Reipub. Neoſtadienſis Senatori ut ſpectatiſſimo, ita vigilantiſſimo,

Mecœnat. Evergetis & Affini, ætatem colendis,

*hunc de Studioſorum peregrinatione diſcurſum, cum ſubmiſſione, obſervantia & ſui recommendatione,*

D. D. D.

Daniel Gruber, A. & R.

BIBLIOTHECA REGIA MONACENSIS

# DISCURSUS
## De
# PEREGRINATIONE STUDIOSORUM.

QUEMADMODUM HISTORIÆ ET peregrinationis utilitas nulla, niſi ad praxin transferantur: Ita praxis politica nulla & imperfecta abſque illa exiſtit: à quarũ unione & vinculo vera prudentia dependet. *Bornit. in diſc. de prudent. pol. compar. Julius Bellus in Hermet. pol. de peregr. prud. lib. 1. p. 36.* quâ niſi moderante, nihil planè rectum, ut ſine lucis mixturâ nihil ſplendidum, exiſtimatur. *Idem eod.* inque imperijs gubernandis mens ab eâ, ut â circumfuſo aëre lumẽ aſpectus, accipit. *Laert.* Quod cùm ita ſit, nec prudentia illa paucorum annorum ſpatio ſolida terminari, ſed experientiâ licet periculoſiori acquiri poſſit: Neq; ſatis eſſe videatur, Reſp: & populos ex arte & hiſtorijs, quaſi ex picturâ tantùm cognoviſſe, niſi & is, qui ad veram & ſolidam prudentiam civilem adſpirat, in Reſpub. exteras oculis inſpexerit, cùm ſint quàm plurima, quæ non ſcire, ſed vidiſſe expediat, quæqúe in hiſtoria ad oculum demonſtrari nequeant. *Bornit. d. l.* Operæ pretium me facturum putavi, ſi paucula, Deo auctore. *l. 1. C. de vet. jur. enucl.* per diſcurſum, unico tantùm de adjumento prudentiam politicam comparandi *peregrinatione* ſcil. (reliquis, numero quæ plura, alium in locum rejectis) attulero.

ERgo, licet magis res quàm verba intuenda *l. 41. in pr. de iur. dot* tamen ante omnia vocis ἀμφιβολογίαν dimovendam, cum Philoſophorũ *Keck. 1. ſyſt. Log. ſect 2. c. 1. p. 214.* tum JCtor. *l. 7. de ſupp. legat.* præſcripto, cenſemus: non enim ſermo nobis erit, de qualibet itione de loco ſuo natali aliò ſuſceptâ: cùm vario & diverſo fini interdum inſtituatur: nec de eiuſmodi peregrinis, qui vel cives Romani non ſunt, vel deportatione deſierunt eſſe. *l. 1. C. de hæred. inſtit.* ſed de ijs, quos tangit vulgata *Friderici conſtit. §. 10. omnes peregrini*, taliquè peregrinatione (à peregrinando, vel progrediendo dictâ) quæ peregrinis in agris per loca nota aut ignota, extra ſoli patrii fines. *Neugeb. in tract. de peregr. pag. 1.* Rerumpub. perluſtrandarum, atque omnium earum rerum causâ, quæ ad amplificandam & confirmandam prudentiam civilem faciunt, ſuſcepta ſit. *Bornit. de prud. pol. comp.*

2. Quam definimus: Studium perluſtrandi exoticas terras & inſulas, à ſtudioſo idoneo ſuſcipiendum, ad artem vel ea acquirenda quæ uſui & emolumento patriæ & Reip. amicis vel ſibi ipſi eſſe poſſint. *Georg. Loyſius in meth. apodem. obſ. 3.*

3. Studium hocce erit vel voluntarium, quando ſcil. quis ſui juris huic ſe dederit: vel ſuaſorium, cùm parentum, tutorum & propinquorum juſſu & ſuaſu id peregerit.

4. Exoticas per terras non tantùm intelligimus Aſiam, Africam, Americam: ſed ipſius quoque Europæ partes, ut Italiam, Hiſpaniam, Galliam: imò & ipſam Germaniam, ſuis quæ diſtinguitur nationibus & ditionibus. Nam Suevo aut Bavaro, quin Saxonum & Weſtphalorum lingua, victus, mores & alia plurima ſint exotica, nõ dubito.

5. Studioſi peregrinationem in ſpecie perſequimur, tum ob vitandam materiæ amplitudinem: tum quia potius vitæ quàm ſcholæ diſcere, omniaque noſtra ſtudia eò dirigere debeamus, ut futuro operi viam quandam ſternere poſſint: imò quotidiana & nobis utilia plenius tractanda *l. 25. in pr. de lib. leg.* reliqua quæ generaliter ſcire ſufficit, levi brachio ſaltem percurrenda. *l. 7. §. 2. de pecul.* Idoneus verò qui & quomodo ſit, quemq; finem ſibi propoſitum habeat, ſequentia docebunt.

6. Prius autem quæritur: An peregrinatio ſtudioſo utilis?

Quam-

Quamvis hæc quæſtio omni planè dubitandi ratione carere videatur, argumento à communi omnium obſervantiâ, uſu, & opinione ducto: nihilominus dantur tàm ex veteribus, quàm recentioribus, huius qui utilitatem & commodum impugnare non verentur. Utuntur autem in hoc potiſſimùm aliorum exemplis & autoritate, ut Lacedæm. Athenienſ. Chinenſ. Moſcovit. Socrat. Senec. Pſophidii, Æliani &c.

7. Et I. eſt, quòd Lycurgus cives ſuos Lacedæmonios non modò vagari lege prohibuerit: verùm etiam advenas in urbem irrepentes abegerit, illos ne diverſos mores inveherent, hos ne alicuius noxæ doctores forent: *Iul. Bell. in Hermet. pol. p. 7.* Verùm quàm improvidè ſuis proſpexerit, exinde colligere facilè eſt, quòd ipſæ peregrinationes etiam longiſſimas inſtituerit, exque ijs legum Laconenſium traditionem hauſerit. Et quod majus, hac lege ignominioſam vitij labem populo ſuo comparavit, dum morum mutationem vitans, inhoſpitalitatem, illiberaliorum proprium introduceret, timoremq; ab exteris, aut invidiam, more tyrannorum, ijs incuteret, ne ſolertiores virtutisque magis amantes evaderent: ſicque temerario hominum de tribu levi manipulo, capitolium invadere & æternæ ſapientiæ SCtm. adulterare ludus fuit: Deus enim per Cancellarium ſuum Moyſen edixit: peregrinos non minus atque cives benignè habendos eſſe. *Exod. c. 23. Num. c. 15.* Deus Chriſti ore ſanxit, proximum eſſe diligendum. *Ioh. 15. Luc. 10. ad Rom. 12.* Deus per naturam rationis humanæ integritati impreſſit, hominis intereſſe, beneficio affici hominem. *l. 7. de ſerv. export.* Atqui Lacones & qui ſunt erroris ſocii, ineptiunt contrà, *Lanſ. orat. 1. conſ. Frid. Achill. p. 4.* Imò Lycurgus rem acu non tangit, quaſi omni è peregrinatione mali creſcerent mores. Sicut enim peregrinantes probè inſtituendi & præparandi, (de quibus infrà,) ita bonæ leges, quorundam peregrinorum conatum in mutandis moribus facilè avertere poterunt. Nullus enim dubito, Romanos levi negotio præcavere potuiſſe, quòminùs futiles Græcorum mores Romanorum gravitatem immutaſſent.

8. II. Quam eandem rationem ex abuſu & accidente ſumptam præ ſe tulerunt Athenienſes: verùm illorum legislator *Plato* moderatiorem aliquam cautionem præſcripſit, ne ſcil. niſi ſeniores (quidam annum 50. ut 12. dell. quidam 30. ipſum intellexiſſe ponunt) peregrinentur, & cùm redierint, in cœtum aliorum non admittantur, donec probati fuerint & innoxij.

9. III. Chinenſium exemplum ſe nobis offert, quorum inſtitutum mirificè laudat. *Marc. Henning. in lib. 3. hiſt. de Regno Chin. c. 7.* Attamen videtur mihi ſuperba & tumida illa gens, nimiâ præ *φιλαυτίᾳ* & arrogantiâ, eò quòd domeſticum vitrum peregrino præferant auro, inſanire & delirare: dum ſe duos habere oculos, Europæos unum, & quod reliquum eſt hominum cæcutire, audacter aſſerere non erubeſcant. *Nicol. Vernulæ. in colleg. orat. porcenſ. tom.* 1. *orat. 6. diſſert. quis inter orbis Monarchas potentiſſimus.* Unde autem hæc immodeſtiæ certè, quia glebæ ſemper ſuæ domi adhærent, nec ſperandum eos veram prudentiam unquam acquirere poſſe, quæ non niſi ex multarum rerum collectione, earumque inter ſe comparatione proficiſcitur. Nimium enim ſibi tribuat neceſſe eſt, qui ſe nemini comparat. *Quint. lib. 1. Inſtit. orat. c. 2.*

10. IIII. Idem delirium *Moſchovitas* etiam hodiè ferè poſſidet. *Lans. in orat.* 1. *conſ. Frid. Achill.*

11. V. Socrates philoſophus peregrinationem ex Platonis relatione, quod nihil conferret, culpat. Injuriam verò fieri Socrati, probare licet, ex reſponſo, cuidam interroganti, cujas eſſet, dato: Mundanus: *ubi vide Bell. in Her. p. 22.* exiſtimans Mundum communem patriam, & ſapienti totum terrarum orbem unicam urbem eſſe. *Cic. in Paradox.* Et hoc maximè ſi eſſet: tamen non tantam eius judicarem autoritatem, ut planè alienos à peregrinatione nos reddere vel poſſit vel debeat: cùm ipſe Deus ad Abram dixerit; *Deut.* 10. *Geneſ.* 12. Egredere de terra tua.

21. Nec non VI. Senecæ *epiſt. 104.* autoritas nobis inſufficiens eſt: qui tamen hominum potiùs abutentium culpam, quàm rem ipſam damnat. Hoc enim ſenſu legi mihi probatur: ſcil. (ſunt verba Senecæ) quàm diu neſcieris, quid fugiendum, quid petendum, quid neceſſarium, quid ſupervacuum, quid juſtum, quid honeſtum ſit, non erit peregrinari, ſed errare. Nullum tibi opem feret iſte diſcurſus. Peregrinaris n. cum affectibus tuis, & mala te tua ſequuntur. Et alibi: Non ſum uni angulo natus: patria mea totus hic Mundus eſt.

13. Sic & VII. Aglaus Pſophidius Arcadum pauperrimus, oraculi voce præfertur Gygæ Lydorum Regi potentiâ & opibus beatiſſimo, licet terminos agelli ſui nunquam exceſſerit. *Solin. Polyhiſt. c. 7. Val. Max. lib. 7. c. 1. Plin. lib. 7. c. 46. Atqui.*

*Non eadem vulgusq; decent & culmina rerum.*

facile

facileè nim cum *Clariſſ. Dn. Præſide Fautore & Præceptore meo ætatem colendo, faſc. 1. quæſt. ex Agri. Tac. q. 3. θ. 3.* plebeios & humiles animas domi reſidere, & ſuæ terræ affixas eſſe patimur.

14. Nec 7. Æliani hiſtorici & Pompei Læti Grammatici exemplum, ab omni quos abſtinuiſſe dicunt peregrinatione, noſtram ſtringit aſſertionem, ſiquidem ut exempla in contrariũ *Chriſti D. N. Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Vlyſſis* aliorumq; non probant, peregrinationem in ſe omnibus eſſe ſuſcipiendam, adeòque utilem & neceſſariam, ut planè abeſſe nequeat: ita etiam allata nihil in contrarium determinativè concludunt: Eos namq; ſolos, qui apti, qui idonei, qui inſtructi & maximè, qui aliquando Rempub. in partibus ſibi credendis gubernari poſſe ſperant. *§. ult. proœ. Inſtit.* peregrè proficiſci permittimus, & inibi ſibi ſuæque Reipub. quod imitentur, profuturum capiant, inde fœdum inceptu, fœdum exitu quod vitent. *Liv. lib.* 1. privatorum n. inſcitia tolerabilior, quam eorum, qui Reſp. adminiſtrant. Ideò in his plerunque exitum habuit infelicem & lamentabilem. *Camerar. cent. 1. hor. ſucc. c. 44.* Faceſſere igitur nunc oportet priſcæ ſeveritatis exempla rugoſa: noſtris moribus, noſtro ævo vivendum.

15. Quomodo v. ijs occurendum, qui modernis peregrinantibus objiciunt, cum *Thoma Moro in epigr. hac de re eleganti apud Lans. d. orat. 1. & 2. p. 13. & ſeqq.* redeuntes fermè nihil ex Italiâ & Galliâ ad nos portare & ferre, præter exoticorum vitia ac ſcelera, quibus ſe inquinaverint: Veneris & gulæ exercitium, cui indulgere didicerint: callidas Hiſpanorum machinas, ſtrophas & artes Germanicæ integritati & candori contrarias, quibus in aulis Magnatum, ſubditos ſervorum in modum, vectigalibus, tributis, & collectis onerando, privilegia minuendo, germanicam libertatem ( quâ præ alijs gentibus tamquã propriâ fruimur, *Lipſ. in fin. monit. de Eccl. Chriſt. concord. & Attal. Egenolph. diſſ. pro libert. Germ.* ) tollendo & auferendo, à Principibus ac Dominis deflectere faciant, odiaque & tumultus incitent, & id genus plurima deteſtandâ curioſitate innovare tentent: vel mores ſcurriles, geſtus incomptos, cæremonias ridiculas, veſtitum varium, linguam affectatam, hiſtrionicâ temeritate ac ſtultitiâ præſeferant, imò probent, jactitent, extollant, Germanicis & paternis omnibus neglectis, faſtiditis, rejectis.

16. Sed,

*Parcite*

Quàm n. id fiat per accidens, nec poſſit rei per ſe bonæ imputari, ſapientes norunt. Non cum cane ſimul & lorum, non uſum propter abuſum, non commoda propter diſpendia: ſiquidem ea ad libræ trutinam examinata, nullum dubium, quin commoda præponderent: cùm poſſit quis domi corrumpi, & fortaſſis citiùs quàm apud exteros. Imò fieri poteſt, ut foris & in Academicis ſibi caveat ab his, quæ domi aut indulgentibus materculis, aut oſcitantibus patribus, aut colludentibus ſervis & familiaribus peragere non vereatur. *Iun. in orat.* Nam ut ignis urit, nocetque ſi attingatur, ſed lucem & calorem adminiſtrat, omniumque artium eſt inſtrumentum, ſe quis ubi noverit, ſic peregrinator ex recto peregrinationis uſu incredibile commodũ nanciſcetur. Hinc ex ijs qui peregrè proficiſcuntur, comperimus quidem alios, præclaris animi ornamentis auctos, moribusque imbutos melioribus in patriam redire: verùm haud pauciores animadvertere eſt, qui, eodem peregrinandi inſtituto labefactati, nullum ſibi decus inde parant. *Bell. in Hermet. pol. lib. 1. p. 3. & ſeq.* Nihil tamen argumenti & rationis hæc ſuppeditabunt μαμμοθρέπτοις illis, perpetuis matercularum aſſeclis, ac domiportis cochleis, qui ut plurimum ineffabiles, impatientes, inhoſpitales, illiberalesq; deprehenduntur: inprimis autem inani perſuaſione tumeſcunt, ſolis ſibi judicium ac cenſionem omnem vendicant, nec putant aliis & alibi Deos eſſe. *Clariß. Dn. Præſes d. l. th. 21.* ſed potius ſtimulus ardorem & amorem peregrinantibus ingentem concitans, exinde creſcet, cum peregrinatione inſolentes miteſcant, philautian excutiant, quantumvis rudes erudiantur, moderatioresq; reddantur, valetudinarii ſanantur, nec non magis credant & credantur peregrè qui fuerunt. *vide Bell. in Her. pol. p. 85. & ſeqq.* imò homines reddit meliores vel deteriores, pro cuiusque natura vel inclinatione: ſed veriſimiliùs eſt, aliquem fieri meliorem. Nam quò quis magis, quid ſe deceat, intelligit, eò vehementiùs ipſum pudet neglecti officij: & etiamſi non omninò ſibi temperet à maleficio: tamen ne planè modum excedat, cavet. *Comina. hiſt. Gall. lib. 10.* Hanc igitur contemnens, haud ſcio, quid iſte curet: negligit animum, quo nihil eſt præſtantius: ſe ipſum ignorat, quo nihil turpius: corpori ſervit ignaviæ deditus, quod eſt illi commune cum beluis, quibus id præcipuum, ut alantur ventriq; indulgeant, à natura tributum. *Paul. Manut. 2. Epiſt. 25.* nec non nobiliora quæ mobiliora. Divinior enim illa eſt anima, cœlum quæ imitatur & motu gaudet. *Lipſ. cent. 1. Epiſt. 22.* Et ut plantæ interdum ſi transferantur

rantur felicius ſurgunt: ita ingenia divina, cum fructu plerunq; patriam relinquunt. *Daniel Heinſ. orat. 10.* Quin præſtat eam aliquando negligere, ſapientiâ ut acquiri poſſit. *Caſſ. in Epiſt.* Et quis unquam tam lapis aut frutex, quem non titillet ac flectat amæna illa variaque inſpectio gentium, urbium, locorum, *Lipſ. ibid.* Quæ donat juvenibus ſobrietatem, ſenibus affert ſolatium, pauperibus conciliat opes, divitibus eximium decus. Hinc magna cenſetur indignitas, animam, quem vix cælum capit, in ſeſquipedali terræ fruſtillo captivum teneri: maxima iniquitas, paſſerculum liberrimo, per infinitos ſpaciorum tractus, frui aëre, & hominem cæterorum animalium dominatorem, caveæ unius agelli aut urbeculæ includi. Quemadmodum autem alta & ætherea ingenia gaudent motu: ita diffuſæ magnæq; illius patriæ partes nobiliores pedibus & oculis uſurpâſſe, atque cum judicio penitus cognoviſſe, incredibile eſt, quantum utilitatis publicè privatimque, cùm maximo ſæpenumerò gloriæ & exiſtimationis fœnore ſecum trahat: ut mirum haud ſit, optimum quemque patriæ ſuæ amantem, induciis ad tempus cum laribus paternis & jucundâ amicorum conſuetudine factis, admiranda variarum nationũ ſcrutari, mores aſperiuſculos limâ peregrinationis emollire, domeſticam ruſticitatem extero civilitatis cultusq; ſale macerare. *Lans. orat. 1. Conſult. Frid. Achill.*

17. Ergo adeſte, nobiſcum peregrinamini quotquot facultate hâc præditos noveritis: cumque *Iſocrate in Pareneſi* judicate, turpiſſimum eſſe, mercatores tanta maria tranſire pauxilli lucri gratiâ: ſtudioſos verò adoleſcentes, terreſtre iter ingredi nolle, ut mentem ſuam ornatiorem politioremque reddant. Delicatus enim ille eſt, cui patria dulcis: fortis autem, cui omne ſolum patria: perfectus verò, cui mundus exilium eſt. *Hugo.* Nam cœlo tegitur qui non habet urnam, & undiqúe ad ſuperos tantundem eſt viæ. *Thom. Mor. lib. 1. de Vtopia.*

18. Sed inferes, hæc omnia aut à Doctoribus, aut ex libris addiſci poſſe. De libris quidem, nemo it negatum, quin domi habeantur, tractenturque meliùs: Et hiſtoria ſuâ amplitudine peregrinationem longè ſuperet: quandoquidem vita hominis eò uſque non extenditur, ut quis ex diuturnâ peregrinatione regionum, & varia populorum cognitione tantum prudentiæ conſequi poſſit, quantum hiſtoria ſubminiſtrat. Hæc enim omnium populorum res geſtas, omnesq; Reſpub. cognoſcendas proponit: illa unius regionis, aut etiam plurium tantùm limitibus, atqúe unius hominis ætate circumſcribitur, nec tamen integrâ, cùm anni maturi ad peregrinandum deſiderentur. Ex-

perimentis tamen & certitudine iter hiſtoriam antecellere videtur, ut quæ aliâs à fide hiſtoricâ dependeant, in peregrinatione ipſo ſenſu conſtent. *Bornit. de prud. pol. comp.* Imò lectio, ipſa peregrinatio eſt. *Her. lib. 2. p. 136.* Non verò tam benè ex hiſtorijs, geographicis tabulis, deſcriptionibus, picturis parieti affixis, vel quibuſcunque diſcurſibus, regionum ſitus, qualitates, ingenia, mores, leges, conſuetudines inhabitantium, cognoſci poterunt, quàm ſi beneficio peregrinationis Reſp. oculari velut inſpectioni nobis proponantur. *Bornit.* Nam,

*Principis eſt virtus maxima noſſe ſuos.*

& ſuam noviſſe Rempub. ex populorum ingeniis, haut minima civilis prudentiæ pars. *Idem Bornit.* Felicitas autem imperij, ex gentium naturâ dependet. *Bod. in Meth. hiſt.* ſed quomodo quis noverit, niſi cum alijs comparet: Hinc lectionis defectus peregrinatio, peregrinationis lectio ſupplet. Locupletior enim rerum notitia ex audientium officio & umbratili perlegentium ſtudio, quàm ex oculorum nudâ, quantumvis accuratâ, inſpectione ſuppeditatur. *Bell. in Herm. lib. 1. p. 47.* inſipiensque peregrinatio absque auditu & lectione, *Idem p. 37. & 36.* ubi dicit. hiſtoriæ & peregrinationes ſunt veluti bigæ, quibus vehitur omnis prudentia, quæ niſi concinnè & amicè conjungentur, ſecus ingenui adoleſcentes optatam peregrinationis metam contingent. In doctoribus aliter ſuadet ratio mecum. Quæ enim illa, obſecro, tàm felix regio, quæ feliciſſima ingenia omnia includat? quin ſparſa illa, & Deo diſpenſante, ſua cuique terræ velut gemmula, quæ illuſtret: Hanc adi, hanc audi, & à ſacris illis pectoribus, hianti ore bibe abditæ doctrinæ fontes. *Lipſ. in epiſt. de pereg.* verùm nec hoc ſatis: auditus utilior animo, viſus corpori: & neſcio quo pacto, oculatus teſtis quantum præſtat aurito, tantùm peregrinantis hominis inſpectio, præſtare videtur, narrationibus & hiſtoriarum lectionibus. *Bell. in Herm. p. 36. lib. 1.* Et *Cic. 6. Fam. Epiſt. 1.* multò magis delectant, quæ videntur quàm audiuntur, juxta illud Poetæ:

*Segnius irritant animos, demiſſa per aures:*
*Quàm quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus.*

Utrumque igitur obſervandum: hoc faciendum & illud non omittendum.

19. Nec te movebunt pericula in peregrinationis oceano ſubeunda. *vide Bell. lib. 3. p. 181.* ſiquidem χαλεπὰ τὰ καλά, &

*Dulcia non meruit, qui non guſtavit amara.*

*Nec tibi per ventos aſſa columba venit.*

Imò quemadmodum ſpinoſis è dumentis, roſæ ſuaviſſimæ enaſcuntur: ſic ingrata, moleſta, periculoſa, in peregrinationibus, eorum, quæ ad videndum ſeſe offerunt, ſplendore, copiâ, varietate, jucunditate compenſantur: ut montes veſtiti ac ſylveſtres, agri benè & nati, & culti, vineta læta, & aures quæ ſuaviter mulcent multa &c. cùm interim domi qui hærent, non niſi aut gracillantes gallinas: aut trinſantes hirundines, aut crocitantes corvos, aut pippientes paſſerculos, atque columbarum audire pullos ſoleant. *Iun. de per. orat. 7.*

20. Aſt nonne Germania noſtra ab exterorum peregrinatione nos avocabit? Nihil enim in toto terrarum orbe, Europâ præſtantius, nihil in Europa Germaniâ nobilius: tamque omnibus numemeris, quæ ſit abſolutiſſima, ut ita elegantiâ morum, gravitate cæremoniarum, ſtudiorum & Academiarum flore, librorum copiâ, doctorum virorum numero, Aularum culturâ, optimarum Rerumpub. exemplo, omnes reliquas poſt ſe relinquat nationes, *adhibe Bell. p. 60. & ſeq.* Licet peregrinationem Germaniæ cum *Cl. Lanſ. orat. 2. & ult. Conſult. Frid. Achill. Herm. Kirchn. orat. contr. 17. Iun. de laud. Germ.* alijs longè præferamus, non tamen inde ſequitur, nihil planè emolumenti & boni nos ab exteris capere poſſe. Divina namque providentia magnũ hunc mundi hortum, veluti per areolas variè colit, artiumque flores, per gentes ſpargit, nec uni alicui regioni omnia feliciſſima includit. *Cl. Dn. Præſes d. l. th. 14.* Et quemadmodum hortus etiam inſtructiſſimus floſculo quodam odorifero, aut ſanabili herbâ carere poteſt, quæ tamẽ, in nato quodam agro aut prato reperitur: Sic impoſſibile videtur, unã gentem omnibus eſſe dotatam, ita ut alterius non indigeret auxilio, Johannes Henner in politiſchen *diſcurs* von der *peregrination p. 23. Neug. in præfat. tract. de peregr. Loyſ. obſ. 1. Non enim omnis fert omnîa tellus.*

*Hîc ſegetes, illic veniunt felicius uvæ*
*India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi.*

*Virg. 1. Georg.* nihilominus tamen gentes diſperſæ & diſterminatæ divina inter ſeſe beneficia partiuntur, & mercimoniis, artibusque invicem ſibi opitulantur, utqúe manus manum, hominem homo, domus domum, pagus pagum, civitas civitatem adjuvat, ſublevatque, ſic provinciæ provincijs, regna regnis, altera mundi pars, alteri laboranti, atque egenæ, ut membrum membro præſtò eſt, auxiliatur, ſubſidia fert ad vitam neceſſaria. Unde mundus â Philoſophis magnum animal di-

citur. *Bell. lib.* 1. *de peregr. prud. p.* 41. Ergo peregrinamini, patrijsque cum laribus inducias colite, nullis parcite ſumptibus, (ita tamen ne ſuperent reditus, aliâs diuturna res familiaris non erit, *Plautus*,) ſiquidem nō erret, qui neceſſariam eam eſſe pronunciet, eò quòd hâc intermiſsâ ipſa ſocietas humana, quæ mutuis commerciis & operibus alitur, ruinam minetur: Quomodo quæſo in metuendis & excipiendis legatis, in pangendis fœderibus, in colendis amicitijs, in repellendo hoſte benè & feliciter progrediemur, niſi mores, linguæ, & bellica inſtrumenta probè nobis erunt cognita? Certè ſimiles erimus *Zonaræ, qui tom.* 3. *p.* 28. *&* 48. Hiſpaniam, unam Iberiæ urbem eſſe ſcribit: Similes Italis quibuſdam, Germaniam unam eandemque civitatem eſſe putantibus. *Camer. cent.* 1. *hor. ſucc. c.* 44. Et Ægyptiorum Onocephalis, nec malè nos riſerit Antiſthenes cum Athenienſibus, quòd hoc laudis cum teſtudinibus & cochleis commune habeamus.

21. Hoc ut ut ſit, ſemper tamen exteros amare, æſtimare, colere Germanos verò cùm *Cl. Lanſ. in conclu. Conſult.* venerari oportet, eorumq; peregrinationes alijs præferre, cùm turpe ſit, hominem eſſe, hominis naturam neſcire: turpiſſimū, in patriâ vivere, patriam ignorare. Quemadmodum etiam illam præfert *politicus elegans antiquus Doct.* Sebaſt. Brandt im Narrenſchiff *tit.* Vnnütz ſtudieren:

Der rechten Kunſt man nit thut achten/
Vnnütz Geſchwetz allein betrachten/
Domit ſo gat die Jugent hyn
So ſint wir zu Lyps/Erdtfordt/Wyen/
Zu Heydelberg/Mentz/Baſel gſtanden/
Kummen zu letſt doch heim mit ſchanden/
Etlicher acht ſich hoch darumb/
Das er auß Welſchen Landen kumb/
Vnd ſy zu Schulen worden wiß
Zu Bonony/Pavy/Pariß/
Zu hohen Sien in der Sapientz/
Zu Pictauiß vnd Orliens/
Vnd den Norraffen geſehen het/
Vnd meter Pyer de Conniget/
Als ob nit ouch in Tütſcher art

Noch

Nöch wer Vernunfft/ Synn/ Höubter zart/
Domit man Wißheit/ Kunſt mög leren
Nit not/ ſo verr zu Schulen keren
Welcher will leren in ſym Land/
Der findt yetz Bücher allerhandt/
Vnd allenthalb gelehrte Lüt/
Die er mög fragen alle zyt/
Das nieman mag entſchuldign ſich/
Er wel dan liegen laſterlich/
Man meint ettwan es wer kein Ler/
Dann zu Athenis über Mer/
Darnach mans ouch bin Walhen fandt/
Jetz ſicht man Kunſt in Tütſchen Land/
Vnd gbreſt vns nüt/ wer nit der Win/
Vnd das wir Tütſchen vol went ſin.

Non autem omnem improbare peregrinationem, ſed inconvenientem, ſcil. quando exotica paternæ præfertur, & ante juſtam præparationem ſuſcipiatur: & rubrũ arguit, & *Periphraſticus eius interpres D. Iohan. Geyler Keyſersbergius Concionator Argentinenſis in naviculâ fatuorũ, turba 33. feria 5. poſt Iudica 6. April. lit. K.* ſed quid hæc omnia ô Patres!

Ein Ganß iſt geflogen vß/
Vnd gagack kumpt wider ze Huß.
*Quiſquis ab æde ſua patria volat improbus anſer,*
*Ille domum rediens anſer ut antè manet.*

Nec non Ludwig Diz *gloſſator autoris* deß Olden Sächſiſchen Reynicken Voß *lib. 2. c. 6. p.* 172. eundem citans, quando dicit: Dat de Studenten der guden Künſte/ mehr alſe des Bers vorſchonen. Darumb ſpreckt D. Sebaſtian Brandt alſo:

Mennich ſinen Söne ock van ſick ſendet/
Vnd menet ydt ſy gar woll bewendet/
He menet/ he ſchöle döget lehren/
So kan he nicht dann Gelt vorteren/

Vnd kumpt wedder tho Huß erger dor/
Alſe he was/ do he erſten Vthfor.

22. Evictâ neceſſitate peregrinationis ipſum ſtudioſum adoleſcentem, velamine itineratio, quo contra cœli injurias, ad propulſanda mala & cuſtodienda bona poſſit uti, veſtire & induere ſtudebimus. Hoc igitur ut eò facilius & feliciùs à nobis perficiatur, verſabimur vel in præparatorijs, vel ipſa peregrinatione.

23. Rectè autem in præparatorijs procedimus, ſi vel ipsã perſonam, eamque & piè, & religiosè & politicè, vel eius adjuncta conſideraverimus.

24. Peregrinans jam jam patriam relicturus, felicem ſibi itineris ſucceſſum â Deo T. O. M. exoptet, & ſe ſuaque omnia, veluti rerum omnium propugnatori fortiſſimo, diligenter committat, eumq; ex intimis cordium penetralibus roget, ut velit peregrinationem Reipub. utilitatisque causâ ſuſeptam, & fortunare, & ad nominis ſui potentiſſimi gloriam, patriæ verò amplificationem & honorem bonitate ſua divina dirigere. *Loyſ. obſ.* 7. Statim enim à primordio omnium noſtrarum actionum *l. 2. C. de off. præf. præt. Afr.* rebusq; in ſecundis & proſperis Dii placandi ſunt, ut eos in rebus adverſis confidentiori animo invocare poſſimus. *Camer. c. 1. cent. 1. medit. hiſtor.* Nam Deum qui ducem habet, virtutem comitem, omnia adverſa facilè ſuperare poteſt. Hic Cyclopis ſpecus introibit, ſed reveniet: ſolis boves videbit: ſed abſtinebit: ad inferos demeabit, ſed aſcendet: ſcyllam præternavigabit, nec abripietur. Circes poculum bibet, nec mutabitur: Latophagos accedet, nec remanebit: Syrenes audiet, nec accedet. Præter crebras orationes, ſtudioſus peregrinans maximè fundatus ſit in vera religione, eiusque præceptis domi quam diligentiſſimè imbutus, lectionem SS. Scripturæ & Theologiæ in manibus habeat, ut omnes cogitationum ſagittæ, aut exterorum ictus, quibus adoleſcentes, vel viſu vel auditu percuti ſolent, huiusmodi clypeo repellantur. *Hier. 3. part. epiſt. 15.* Quicquid enim dubitante & vacillante conſcientiâ fit, id peccatũ eſt. Multò magis, quando divinæ legis ſanctitas aut neſciendo omittitur, aut negligendo violatur & offenditur. *l. 1. C. de Crim. ſacril.*

25. Deinde conſideratur aptitudo: *an ſcil. quis ſit idoneus nec ne: ſecus qui, indiget præceptore ſeu inſpectore.* Tam autem hoc examen eſt neceſſarium, ut exinde vel emolumentum vel periculum & diſpendiũ

peregri-

peregrinationis ſperandum ſit. Hinc omnis peregrinans cunctas expendere debet circumſtantias ſuasque explorare vires, nec illas peregrinationes, quibus ſe putat imparem, affectare. Hæc enim infirmitas culpæ annumeratur, ſecundum JCtos. *Loyſ. obſ. 4.* temeritatisque eſt, onus cui ferendo par eſſenequeas, ſuſcipere: ſtultitiæ, velle ſufferre. Imò ipſe princeps in hoc ſollicitus erit, ne ex ipſius Principatu exteras ad nationes proficiſcantur, qui minùs idonei, nullis exculti moribus, neceſſarijs non inſtructi ſumptibus &c. præſertim ſi Magnatum aut aliorum honoratiorum ſint filii: Uti hunc morem in *Anglia* hodiè vigere videmus, ubi nullus ex Procerum filijs, ſine conſenſu Regis ad peregrinationes admittitur. *Keck. lib. 1. ſyſt. pol. c. 12. p. 227. Kirch. orat. contr. 6. p. 94.*

*26.* Eſt autẽ idoneus I. Juſta & media apud quẽ floret ætas: quæ & motum peregrinationis quoad corpus perferre poſſit, & eâ ſit animi ſolertiâ, ut fructus utiles ex peregrinatione percipere queat. Ipſa namque natura dictat, ſenes, infantes, & eos, qui non valido ſunt corpore, ad peregrinationis acerba minùs idoneos eſſe *Loyſ. obſ. 104.* Infantes, eò quod judicium aut nullum, aut certè imbecille & lubricum habeant, multis captionibus ſuppoſitum, multorum inſidiis expoſitum, utpote quod experientiâ nondum eſt corroboratum. *Sagitt. in diſp. de peregr. rect. inſtit. θ. 41.* Senes ob corporis conſtitutionẽ defatigatam, labores ad perferendos minus aptam, tum humidi radicalis abſumtione, tum nativi caloris attritione. Non mihi placet ſententia *Platonis*, quam probare videtur. *Salom. Neugeb. in tr. de peregr. p. 67.* Illam vitæ humanæ periodum, quæ ab anno ætatis quinquageſimo ad ſexageſimum uſque extenditur, peregrinationibus convenientiſſimam eſſe, eò quod domum reverſi Senatui, quæ viderint, quæ exploraverint, referre poſſint. Verùm vagantium Platonicorum partim miſereor, partim inane hoc præceptum rideo. Nam potius juxta Catonem cum Iſocratis diſcipulis apud inferos cauſam acturi ſunt Rhadamanto prius, Minoi, Æaco judicibus ſignificent, quàm in Reipub. uſum ea ipſa conferant, ad quam etiam, ſi reptando pervenerint, metuendum eſt, ne ſimul cum cæteris ſexagenariis de ponte deijciantur. Cominus autẽ addiſcere leges, memoriter audita retinere, obſervare mores, itinera metiri, labores ſubire vergentibus ad vitæ occaſum neq; facile neque utile eſt, imò nec poſſibile videtur. *Iul. Bell. in Her. pol. lib. 1. p. 11. & 12.* Et licet negare non poſſim, ſed potius lubentiſſimus largiar, teneriorem ætatem, aptiorem ad ſpectandum, obſervandum, apprehendendum

dum & ſeligendum. *arg. l. 37. de ædil. edict. l. 5. C. de off. rect. prov. gl. in l. Gall. verſ. ſi filius ff. de lib. & poſt.* non ita ad judicandum, ratiocinandum, ſeligendum & conſtantiam. *arg. l. 2. de minor.* mentisq; oculum tum primum acutè cernere, cum corporis oculus defloreſcit. *Plato.* Non tamẽ idcirco quicquam de peregrinandi utilitate huius ætatis detrahitur. Quanquam enim juvenis, obnubilantibus animum permotionibus totam prudentiam nunquam adipiſcitur: nihilominus dum Rerumpub. inſtituta; diverſosque nationum mores circumſpectat, & perluſtrat, ex collectis, multiplicatisq; ſingularibus & experientiis, velut ex ſeminibus, celerius, uberiusq; oriatur, & in lucem prodeat prudentia neceſſe eſt. Animus enim juvenilis perinde eſt, atq; ager ſemina nutriturus, qui ſpinas & tribulos neglectus, & diligenter & induſtriè cultus, incredibile eſt, quàm maturos, quam lætos poſſit afferre proventus. *Herm. p. 36.* Nec ſemper & indiſtinctè juvenes ſenibus poſthabendi, licet præſumantur. Contrariâ enim veritate ſæpius id diluitur: Quippe reperies non raròjuvenes, ſenes prudentiâ longè ſupperantes: reperies qui ætate valent, haud tamen peritiâ, quod noviſſimè & latè perſequitur. *Barth. Agricola lib. 2. politico hiſt. de ætat. ineunt. offic. c. 15. & c. 13. p. 205. Bornit. de prud. pol. comp. & Cic. lib. 2. epiſt. fam. 15.* Ego de provincia decedens, puerum præpoſui provinciæ. Puerum inquis? At quæſtorem: at nobilem, at omnium ferè exemplo: neque erat ſuperiore honore ullus, quem præficerem. Proinde aut florente & media ætate, aut nunquam itinerum labores ſuſcipite. Hoc brevitas vitæ, præſertim in ultimâ hac mundi ſenectâ, quâ ne quidem ad medietatem noſtræ ætatis annos protrahimus, copia & varietas addiſcendorum admonet: Et quod deeſt juvenili prudentiæ, paulatim experientia vobis comparate, & domi de ijs, quæ in peregrinatione ſe obtulerunt, judicate & ad uſum omnia transferte: cùm corpus à trigeſimo uſque ad 35. animus v. ad nonum uſque ſupra quadrageſimum & circiter vigeat, prout teſtatur *Ariſtot. in Rhet.*

27. II. Requiritur *prudentia politica*, quæ ſciat, in quæ inquirere & quid de quæſitis judicare debeat. Magnũ enim Dei beneficium eſt, valere ſenſu communi & judicio naturali. *Comin. lib. 5. hiſt. gall.* quod adjuvatur prudentibus à viris, mutisque conſiliariis, domi diligenter qui evolvendi, ne interea, dum tempus ſtudio rerum civilium impendendum ſit, fortè aliis inferioribus diſciplinis, quibus domi antè incubuiſſe oportuit, intricetur, quod maximo impedimento & moræ eſt. *Bornit. de prud. pol.*

28. III.

28. III. *Præter animum hiſtorijs Rerump. quas luſtrat aliquantum præparatum, afferat etiam linguæ uſitatæ cognitionem*, aut primordia, ita ut ei ſufficiat, vel intelligere tantùm, etſi non intelligatur: vel intelligi loquendo ab alijs, etſi ſcriptione idem nequeat *Neug. p. 8?. Bor. de prud. pol. comp.* & rectè pronunciare poſſit, ubi perferre & tolerare debet cacchinos inevitabiles, quos per ineptam pronunciatonem & erroneam caſuum temporum & verborum tranſpoſitionem provocat. Non enim ille riſus ex deſpicientia & deriſione, ſed ex imperfectæ imitationis oblectatione quadam proficiſcitur. *Bell. in Herm. p. 77.* aut certè neutrum afferre ſi poterit, utatur interpretibus, cùm nulla peregrinatio ad exteros abſque adminiculo linguarum commodè fieri poſſit, inprimis ob neceſſariam cùm exteris converſationem, multipliciumque rerum indagationem. Licet enim latinè ſcias: non tamen omnibus in locis, præſertim in itinere, linguæ latinæ periti reperiuntur, ubi cũ plebe agendum. At quanto cùm incommodo & periculo ignari linguarũ peregrinentur, teſtes ſunt ij, qui periculum itineris fecerunt, & neſcio an forte ut ſenſa animi ſui rectius exprimant, aut alia de cauſa etiam viri literatiſſimi patrio idiomate uti malint. *Bornit. d. l.*

29. Nec non IIII. Ars pictoria idoneum magis peregrinantem reddit. *Alſted.* ut ſi non exquiſitam, ſaltem adumbratam atque rudem pingendi facultatem habeat. *Neug. p. 103.* Non enim parum commoditatis aut utilitatis lineari figurâ adumbrandâ regiones, urbes, arces, ædificia, plantas, animalia, varioſq; locorũ ſitus afferet. *Idem p. 50.*

30. Adiuncta non minus, ut ipſius perſonæ aptitudo, cautè ſeligenda: quorum primaria ſunt, comites, qui varij juxta perſonæ varietatem. Aut enim præſunt, aut ſubſunt. Præſunt Inſpectores à parentibus præfecti, ubi non rarò peccatur, quando comites potius, quàm præceptores, vel quod gravius, inſpectorum loco ſeductores per avaritiam aut imperitiam filijs dantur. *Neug. p. 72.* Suis igitur liberis benè parentes proſpiciant neceſſe eſt, ut ſcil. tales præficiantur, in quibus & voluntas & facultas inſtituendi appareat, nec minùs exemplo, quàm præceptis præſint, ita quod vel tenerrimæ deſit ætati, vel juvenili ignorantiæ vel ſcurrili petulantiæ, eorum gravitate, doctrina & monitione ſuppleatur. Horum autem provincia quàm res ſit ardua, docet. *Neug. p. 189.* ſimili modo & in eorum qui ſubſunt *famulorũ* ſcil. adjunctione cautè agendũ eſt, ut ſint fidi, obedientes ac modeſti. Augentur v. vel minuuntur proprii comites pro perſonæ dignitate.

31. Inſuper peregrinans eligat ſibi **equum**, laboribus aſſuetum & ſuper omnia mitem tractabilemq; non ferocem, ne homo ſaſillum animæ periculum incurrat. *Loyſ. in method. apod. obſ. 130.* vel *Aſinum, Mulũ*; pro regionis conſuetudine, nec *Canem* ſecum ſumere inconſultum erit, ob ſingularem eorum fidelitatem & ſagacitatem, quam doctè deſcribit. *Camer. cent. 1. c. 24. medit. hiſt.* Verùm multis quoque exitio fuerunt, Ergò neglecta ſi forma externa, aptior, dummodo interna ſit bona.

32. Succedunt **adjuncta inanimata**, quæ non niſi neceſſaria aſſumenda, quibusque carere nequeamus: ſuperfluis omnibus rejectis, quæ & impedimento peregrinanti eſſe ſolent, & alios ad furandum pelliciunt. Nam ſecundum *Senec.* opes bona ſunt inſidioſa, quæ nonnunquam in pericula poſſidentes conjiciunt. *Neug. pag. 74.* Quicquid igitur à ſapiente peregrinatore diligenter prævidetur, facilius cùm de neceſſitate contingit, ſuperatur. *Loyſ. obſ. 147.* Melius enim eſt in tempore, quam poſt vulneratam cauſam remedium quærere. *l. fin. C. quan. in integr. reſtit. neceſſ. arg. l. 6. ff. quod falſo tut. autor.* Sunt a. illa, *libelli precationum & cantionum*: ubi talem nanciſci laboret peregrinans, quo in ſuſpicioně religionis non vocetur, cuiusmodi ſunt *Precationes Avenarii*, quibus & ipſos uti Pontificios certum eſt. Item *Itineraria & libelli Geographici, ſcriptoresq; regnorum*, quò facilius in omnia in quirere & ad finem ſibi propoſitum collimare liceat. Aliâs omnia tranſeundo annotare, imò & ſingularia maximeque neceſſaria, admodum difficilè videtur. Ante omnia verò domi non obliviſcatur *ſchedæ pugillaris ſeu pinacum*, quibus diligentiſſimè inſerat locorum diſtantias, deſcribat materiam, inſcriptiones & monumenta antiqua &c. annotet & depingat formam & externam & internam. *Hæc enim* memoriam refricant & voluptatem olim non pœnitendam afferent. *Neug. p. 103.*

33. **Solarium vel Horologium ſciotericum** idq; parvũ, quo diei quantitatem examinare poſſit, habeat. Sonans verò minus tutum apparet, cùm nummorum copiam nebulonibus promittat.

34. **Sumptus ſeu pecunia**, ut omnium actionum nervus, ita & peregrinationis unicus, inſtrumentum principale, ſeu menſura indigentiæ, cui obediunt omnia, Geldt regiert die Welt: cùm aureum verè ſit hoc ſeculum, ubi omnia auro venalia; inprimis verò ad ſtudia humaniora feliciter inchoanda, felicius continuanda, feliciſſimè abſolvenda

venda pecunia exigitur. Parentes ergò liberis ſuis ſumptus tales denegantes, ſuâ perſonâ dignum non faciunt, dummodo id per fortunam & Plutum poſſint: quia eosdem domi alere & ſuſtentare tenentur. *Sagit. d. diſp. 8. 46. 48.* Præter diligentiſſimam & vigilantiſſimam pecuniæ cuſtodiā, occultationem & obſervationem, ſollicitus quoq; erit peregrinans, *qualis, quantaq; huic regioni vel provinciæ ſit uſitata.* Vnaquæque fermè natio monetam habet propriam. Vigilantem itaque ſe præbeat in indigando apud eos, qui notitiam huius rei habent, ut ſunt mercatores, tabellarij: magnum exinde ſentiet commodum. *Loyſ.* 114. Num verò ſummâ itineri ſufficiente domi ſe inſtruere, an per numularios & literas commutatitias nanciſci debeat, eleganter diſcurrit. D*n.* Johan. Henner in politiſchen *diſcurs. c. 3. p. 40. & ſeqq.* Meâ ſententiâ conſultiſſimum foret, ſi commodè & cautè ſummam pecuniæ uſitatæ veſtimento inſerere poſſit. Hoc enim pacto uſuras, diminutiones, lucrū, bancæruptiones & alias mercatorum ſtrophas evitabit. Non autem ſumma illa debet eſſe nimia: tum ne itinerantem gravet: tum ne periclitetur in viis & teloniis, ubi non paucis in regionibus moris, ne quis ultra definitam ſummam exportet. Habent tamen & literæ ſua commoda, præſertim generales, & ſi à mercatorum exactionibus ſibi caveatur, Poterunt hæc omnia variatis circumſtantijs variari. Quibus verò cum *paupertate* conflictandum eſt, & proprijs deſtituuntur ſumptibus, vivere ut alienis poſſint, laborent, ea ſubeundo miniſteria, quæ ſuæ peregrinationis fini non ſint contraria, nec famulos agere pudeat: cùm neceſſaria in maximis habeantur bonis, & quò gravior periculoſiorq; erit conflictus, eò illuſtrior futura eſt victoria, ſi felici ſucceſſu peregrinationes abſolverint, omnesq; difficultates exantlaverint. *Neug. 70. vid. Loyſ. obſ. 20. & ſeqq.* vbi famulis præcepta peregr. ſuppeditat, nec non *Neug. p 200.*

35. Veſtes inſuper peregrinans, vel longas, breves, latas, anguſtas diverſi colores, ut jubet locus, aſſumat, uſque adeo ut ſi fortè apud Indos eum eſſe, contigerit, neque plumis avium indui recuſet. Sana tutaque erit imitatio, ſaltem quia veſtibus externis indutos plebecula gravatim & illibenter aſpicit, ſæpè apud rudiores gentes infeſta eſt. *Herm. p. 220.* Nam qui moribus aliorum ſe accommodare ſtudet, multò magis veſtitu ijs ſimili utatur. *Neug. p. 75.* Non autem debent eſſe, molles, delicati, leves, luxum redolentes, multæ, ſumptuoſæ: cùm exterior ſuperfluitas interioris vanitatis indicium ſit. *Loyſ. obſ. 146. Herm. pol. lib. 3. p. 221.* ſed potiùs puræ, fortes, & accommodæ, quibus pul-

verem & reliqua itineris tædia ſuperare poſſimus. *Neceſſariæ erunt diurnæ*, petaſus, galerus, caligæ, ſuperfemoralia, ocreæ, chirothecæ, calcei, ſubuculæ & ſudaria, munditiei ac ſanitati etiam in ſudore excipiendo conferentia. Quod ſi multas ſubuculas ſecum portare nequeat in itinere: cùm fortè conquieſcet mundandas curet. *Noctu* proderit epibole linea ſuper reliquas veſtes, ſi fortè lectorum ſuſpecta mundities. *Neug. 76. Loyſ. obſ.* 147. Omnia igitur ornamenta & ſuperflua, ut torques, aureos annulos &c. deponant itinerantes. *Herm. pol. p. 220.*

36. Ne autem ad excipiendos ictus & pugnandum armis careat peregrinans, proſpiciat ſibi de gladio Ulyſſeo & pugione licito, quo cæſim magis quàm punctim utatur apto; præter id enim, quod varijs in itinere pateat uſibus, monendum & hoc venit, non paucis in regionibus eiusmodi mucrones & ſclopetas minores eſſe prohibitas. Id quod in Flandriæ pago quodam propè Domkirchen magno cum periculo ipſemet expertus teſtor.

37. Denique cum Achille peregrinans non vereatur coquinariam artem exercere, & modos ciborum ſimpliciſſimorum præparandorum in patriâ ſuâ diſcere: ne cùm auſtero & imperito caupone malè parata dehiſcat, morbum ſibi adſciſcat. Diſcat igitur præparare ova, piſces, carnes, juſcula & alia, & ſi fortè diverſorium nulla ſit copia & commoditas, cibaria quæ exiguo ſumptu poſſint parari, & facilè conſervari, pro numero & proportione dierum atq; comitum aſſumenda. Quod faciendum illis, qui per ſolitudines ac deſerta proficiſcuntur, vel per maria fluctuoſa ac flumina importuoſa navigant. *Neug. 74.* Nec inconſultum erit balſamo & medicamentis confortantibus eſſe inſtructũ ex medicorum præſcripto.

38. *Fuimus hactenus in præparatoriis: nunc ad ipſam peregrinationem progrediemur, conſiderantes quomodo quis aptus jam eam ſubire & ſuſcipere debeat, vel ratione ſuæ perſonæ vel ratione finis. Vbi occurrunt & facienda & fugienda. Facere autem ea nobis convenit, quæ honeſta, utilia, noſtrâq; perſonâ digna, aliis verò grata, non inviſa, non odioſa.*

39. Ante omnia autem ſit pius & religioſus: ſedulò manè & ante ſomnũ, ante & poſt cibũ, nec non ipſo in itinere cantionibus precibusque Deum invocet. Eſt autem oratio juſti clavis cœli: aſcendit precatio, & deſcendit Dei miſeratio: licet alta ſit terra, altũ cœlũ, audit tamen Deus linguam, ſi mundum habeat conſcienriã: cum ſenſibus loquitur, ſi ſit ſolus noſter gemitus *Auguſt. in ſerm. quadr. c. 4.* quantum

igitur

igitur patrio & ſincero cultui propter incommoditatem peregrinationis decedit, tantum internæ pietati accedat. *Loyſ. obſ. 60.* partim Deum ob bona præſentia præteritaque laudibus celebrando & ob futura de felici omnium rerum ſucceſſu, redituque jugiter precando: partim humili ac ſeria peccatorum noſtrorum confeſſione veniam eorum à Deo petendo. *Neug. p. 50.* Item pro omnibus beneficiis gratias agat. Si enim divinitas, quæ gubernat hunc mundum, incredibili beneficentiâ genus humanum ſuſtentat, & quaſi paternâ clementiâ fovet, vult profectò gratiam ſibi referri & honorem dari. *Lactant.* Non verò animus eſt abjiciendus, ſi non protinus Deus nos exoratores dimittat, ſed per δοκιμασίαν probet. Summa namq; ars & ſapientia piorum eſt, credere inviſibilia, ſperare dilata, diligere Deum oſtendentem ſe tanq; inimicum & hoſtem, & ſic uſque ad finem perſeverare.

40. Inſuper omnem peccandi occaſionem quantum fieri poteſt, vitabit, ne agnitione iræ Dei & metu pœnarum conſcientia affligatur, quæ, ut in conſpectu hominum gratioſa eſt facies pulchra: ſic in oculis Dei ſpecioſa eſt, ſi munda. *Chryſoſt. vid. Herm. pol. lib. 3. p. 186.* Nam eſt profectò Deus, qui, quæ nos gerimus auditq; & videt. *Plaut.* Ergo ſi ob hominis præſentiam abſtinemus à peccato, quin multò magis ob Dei vindicis præſentiam peccare horremus: cum nullum maleficium Deus inultum ſinat, etiamſi diuturniorem aliquando impunitatem concedat. *Comin. lib. 6. hiſt. gall.*

41. Peccamus autem in peregrinatione vel maximè ſimulando veram religionem. Ubi 1. quæritur: *An licitum ſit in religione ſine conſcientiæ læſione ſimulare?* Quod quidem Elceſaitæ, referente *Gregorio de Valent. Tom. 3. diſp. 1. q. 3. punct. 1.* affirmarunt, ſufficere ad ſalutem, ut aliquis fidem habeat in animo, & propterea non eſſe peccatum tempore perſecutionis illam verbis negare, multò minus celare. Nos cum *M. AEgidio Hunnio in diſp. de ſimulat. θ. 12.* diſtinguimus inter confeſſionem à nobis poſtulatam, & non poſtulatam. Si confeſſio noſtræ religionis à quocunque etiam poſtulatur, ita ut finis & conditio veritatis fidei confeſſionem urgeat, nullum ſimulatio habebit locum, ſed veritas rotundè & apertè eſt dicenda· *per 1. Petr. 2. v. 1. & c. 3. v. 15. Pſal. 116. v. 10. Rom. 10. v. 10. Matth. v. 32. 33. Iohan. 10. v. 27.* Licet enim veritatis occultatio conferat ad ſalutem noſtram, deſtrueret verò honorem Dei, qui ſaluti noſtræ præferendus omninò eſt. *Hunn. θ. 21.* Si verò confeſſio noſtra à nullo poſtulatur, neq; gloria

Dei & humana utilitas, quæ vel totius Reipub. vel privata proxima, vel ſui ipſius, id exigat piè quis tacere poteſt, quæ taciturnitas fit etiam abſque abnegatione. Nemo enim tenetur ſeipſum conjicere in periculum. *c. 1. de Cler. reſid. in 6.* nec neceſſe, ut quis in aliquo loco verſans ultrò ſe ad confidendum offerat, ſuamq; religionem alijs revelet. *Hun. d. l. θ. 19.*

42. Verùm 2. controvertitur: *Num quis de religione non quæſitus, non tantum veritatem & fidem ſuam ſine conſcientiæ læſione occultare poßit, ſed etiam falſam ſimulare?* Id quod impium & deteſtandum judicamus, eò quod S. S. Scripturæ expreſsè contrarietur. *2. Cor. 6. v. 14. 15. Epheſ. 5. v. 6. 7.*

43. Hinc facilis eſt reſponſio ad 2. quæſtionem: *Num quis bonâ cum conſcientiâ cultui aliorum ſano intereſſe, eumque verbis, geſtibus, crurumquе flexionibus approbare poßit, vel ſaltem ſi approbare videatur?* Et de his dicimus, quòd malè agant, conſcientiamq; maximè lædant. Peccant namq; illi tripliciter. 1. Contra Deum, cuius honor per hoc factum læditur & extenuatur. 2. Contra proximum, cuius conſcientia hoc ipſo facto læditur. Putat enim proximus illum alterũ ex toto corde hanc doctrinam approbare & maximè offenditur. 3. Adverſus ſeipſum, quem in peccata projicit, & filium æternæ damnationis facit. *Hunn. d. diſp. 6. 25.* Multò minus præter externos ritus ſi internè eos imitantur, probandi ſumus: uti ille *ſtudioſus iuris*, qui interrogatus, cur ſacrâ ſynaxi unâ ſub ſpecie uſus? reſpõdit, uſus fui *in quantũ de iure.* Quid verò, ſi abſque eiusmodi ſimulatione rerum elegantiſſimarum aſpectu deſtituamur? Ego certè malim piſcatoriã ſimplicitatem, quàm Chryſippæã ſubtilitatem cum impietate conjunctam: multoq; præſtantius, poſt veram Dei agnitionem judicarim, bonã conſcientiã, cum mediocri eruditione. *Reuſn.* quàm malam cum profundâ: ſiquidem Deo magis, quàm hominibus obediendum. Adeamus itaque ea loca, ubi religio conſcientiam non lancinet, laceret aut laniet. *Sagitt. d. l. θ. 58. & ſeqq.* De diebus feriatis. *vid. Loyſ. obſ. 150. & Neug. p. 81.*

44. Non autem ſufficit, aliorum ne ſociemur cœtui: verùm in quantum poſſumus, nobis caveamus, inter peregrinos ſecundum receptam opinionem hominum, cum vitulinis *de articulis fidei ſtatuere*, zelum falſum prætendentes:

*Sæpè ſcelus cœlum Zeli velamine texit,*
*Cui Zelus cœlum eſt, non facit ille ſcelus. Loyſ. obſ. 29.* quanta namq; pericula & damna his è curioſis & immaturis diſceptationibus

extra

extra vocationem inſtitutis, proficiſcantur, illi, hac in re qui minus cauti, teſtatum facient: Imitemur potius *Thomæ Mori. lib. 2. de opt. Reipub. ſtat. p. 274.* cives Utopienſes, qui nihil ſollicitius obſervant, quàm ne temerè quicquam ullâ de religione pronuncient. *Adhibe Bell. in Herm. pol. lib. 1. p. 65. Henner d. tract. p. 38.* At ſi fortè præter culpam & ſpẽ omnem peregrinans propter religionem aliquid pati cogeretur, non eſt quòd animum abijciat ſuum. *Loyſ. obſ. 62.* ſed cogitet, crucem piorum eſſe pignus hæreditatis, ſignum paternæ adoptionis, medicinam carnis, cauſam ſobrietatis, & ferculum quod ſuis Dominus apponere ſoleat. *Hug. Cardin.*

45. Animâ ita defensâ, corporis tum valetudinem tum ſecuritatem curet peregrinans. Curabit autem valetudinem optimè, *Hypocratis* regulæ ſi obtemperabit.

*Non obruatur alimentis, non exſoluatur exercitiis.*

Unica namq; morborum cauſa eſt varietas ciborum, *Antiphanes*, A patrio igitur ad peregrinum victũ pedetentìm migrandum. *Loyſ. obſ. 82.* à fructibus recentioribus Italiæ & Galliæ, *Henner d. l. p. 40.* à ſomno inconveniente. *Neug. p. 63.* à cibis quibus non eſurientes ad edendum & potibus, quibus non ſitientes ad bibendum allicimur, abſtinendum. *Neug. p. 59.* Luctandumque cum proprio temperamento. *Herm. pol. lib. 1. p. 58.* quod fit ſi tempora commoda itineri expectamus. *Loyſ. obſ. 149. 152.* diætam obſervamus, qua de Medici, in primis *Guilhelmus Gratarolus lib. ſing. de Regimine iter agentium, Marſil. Ficinius de ſtudi. ſanit. tuenda. Ranzovius, ſchola Solernitana. Neug. p. 60. & ſeqq.* & alij, ad quos brevitati ſtudentes lectorem remittimus.

46. Securitas peregrinantis conſiſtit in diverſoriis vel itinere. Iter tutius redditur, ſi diurno peragatur tempore, & ad defenſionem ductoribus & protectoribus (Germani das Geleid/Belgæ Convoy appellant) certis & fidis erit munitum. *Loyſ. obſ. 134.* aut comitibus ſtipatum. In diverſorijs verò eligendis judicium peregrinans adhibeat, ut honeſta, fida, non ſuſpecta ſint. Nam in luſtris & ganeis morum quidem ſemper, ſæpè etiam valetudinis & opum jactura fit. *Neug. p. 75.* Sed ſi accideret, ut difficultate itineris deſertis & ſuſpectis, vel etiam inhoneſtis diverſorijs uti cogatur, tantò conſpectior erit, tum in dictis, tum in factis, quantò majora erunt pericula: cubiculi ſitum & fidem januæ explorabit: de obice idoneâ ſollicitus erit, & ita ſe ſuosq; reſervabit. *Loyſ. obſ. 138.* pura cubicula ſeliget. Opus namque eſt in lo-

dicibus

dicibus dignoſcendis homine emunctæ naris. Linteamina igitur & cervicalia munda ſunto, atq; ut haberi poſſint, nullis ſumptibus parcito. Si non poſſint, ſudariolo cervical tegito. Attamē ratio flagitat, ut nunquam ſine ſuſpicione degat in eiuſcemodi diverſoriis: nec facilè cuiquam credat, quantumvis in ſpeciem amico, nec arridenti, nec amplexanti, nec etiam dejeranti. *Idem d. l.*

47 Alijs grata exhibet peregrinans, ſi ſit virtuoſus & benè moratus. Maximum namq; judicium in peregrinatione, teſt. *Comin.* requiritur, non tantum ut cognoſcat & apprehendat mores ſibi convenientes: ſed etiam ut diſcat, modorum diverſitatem, quibus erga alios pro differentiâ ſit utendum. Alium ſe præſtare debet exteris, aliū conterraneis: alium comitibus proprijs, alium novis & alienis: alium juvenibus: alium ſenibus: alium hoſpitibus: alium eorum ſervis: alium majoribus, alium minoribus, alium paribus: alium doctis, alium indoctis. *Loyſ. obſ. 64. & 65.* Erga conterraneos & proprios ſit fidus & promptus. Qui enim in patria tibi civis erat, foris patris loco complectendus eſt. *Loyſ. obſ. 37.* Parciùs tamen cum ijs inter exteros verſandum, & exterorum conſuetudinem (cæteris paribus, & ſalvo honore, qui nunquam ipſis denegandus) eſſe præferendam, judicarem, eò quòd aliquando ſatius, & cum fine peregrinandi congruentius ſit, crediderim. *vide Bell. lib. 3. p. 174. & ſeq. Bornit. de prud. pol.*

48. Comites ſibi ſeligat certos, delectos, jucundos, vehiculi qui inſtar, æqualis ſcopi & ſtudij, nec non certum numerum qui Gratiarum compleat, Muſarum non ſuperet: ne multitudo moleſtum, paucitas infeſtum reddat iter. *Loyſ. obſ. 136.* Horum certè quos ſemel in comitatum ſuum admiſerit, mores non tam oderit quàm noverit: eosque velut amicos intimos complectetur. *Neug. p. 72.* De incertis verò & obiter conjunctis, malos quos putabis, nunquam ſuſpicio exuatur. Equiſones, Nautas, Muliones, aurigas, veredarios, curſores & tabellarios non quoſvis aſſumat, aſſumtos liberaliter tractet. Hi enim tanquam canes famelici, cùm turpis lucri ſint cupidiſſimi, vel exiguo iniecto bolo, vel hauſtu cereviſiæ placari poſſunt: blandis inſuper verbis in officio contineri. Ægrè enim admodum ferunt alienas ſordes, ipſi ſordidiſſimi. *Neug. p. 71.* Nec erubeſcat eos conſulere, variaque expiſcari: ſiquidem multum prodeſſe poterunt, in monſtrandâ viâ & modo tractandi moderandiq; equos &c.

49. Erga alienos ſit humanus & officioſus moribus, alloquio

alloquio & ſalutatione. Lenior enim erit quisq; ſocius & in communi Repub. civis melior, qui liberius ſalutaverit, imò ſalutationes anteverterit, neque ſub ruſticam illam nobilitatis perſuaſionem, ſtolidámve quorundam ſuperbiam imitatus fuerit, qui uſque adeò Demeæ ſunt, ingenioq; agreſti, ut vix ſalutati, reſalutent. *Herm.* 178. Accommodationi cultus & morum æqualiũ ſtudeat, quæ æqualitas pacis & tranquillitatis eſt altrix, inæqualitas verò ſeditionis ſeminarium. *Loyſ. obſ.* 36. modeſtiam liberalem præ ſe ferat, in ipſo motu, geſtu, inceſſu. *Idem* 38. vivendi pulchritudinem & civilitatem decentem teneat, 39. pudorem ſubruſticum abijciat, tum in factis, tum in verbis 40. contra verecundiæ togam aſſumat 42. quorumvis moribus, locis, temporibus & perſonis ſe accommodare diſcat, & prout *Terent. in Andria* deſcribit.

*Sic vita erit: facilè omnia perferre, ac pati,*
*Cum quibus erit, cumq; una his ſe ſe dedere:*
*Eorum obſequi ſtudijs: adverſus nemini:*
*Nunquam ſe præponens illis: ita ut facillime*
*Sine invidia laudem inveniat, & amicos paret.*

In jocando ſit parcus, careantq; joci dentibus *Bell lib.* 3. *p.* 171. dicteria, ſcommata, lædoria alior. æquo & manſueto ferat animo. Manſuetudinis enim eſt proprium officium, poſſe criminationes, calumnias & contemptus moderatè ferre; *Loyſ.* 46. qui enim varios hominum mores pati nequit, aut nimis delicatus eſt, aut à communi mortalium conſortio ſe extrudit. *Franciſc. Patric. lib.* 7. *de Regis inſtit. tit.* 14. *p.* 485. Dañ wer nicht kan ſchimpff verſtehen/ ſoll nicht zu Leuthen gehen. Sebaſtian Brandt *Argent.* im Narrenſpiegel *c.* Schimpff nicht verſtehen. *Keller lib.* 1. *de off. juridic. pol. c.* 14. *vide Iohan. Mazienti. de referend. advocat & Iud. offic. part.* 3. *c.* 38. pernicioſumq; ſemper cùm *Sen.* judicet, rixari & iram in promptu gerere: Optima igitur tolerantiæ magiſtra peregrinatio.

50. Cum primis verò affabilis *erit erga hoſpitem*, hoſpitam, liberos eiusdem, ſervos, famulos, nihil imperioſè vel moroſè ab his poſtulabit. Secus ſi fecerit, nec culinam nec cubiculum ſua facere officia cum damno ſentiet. Igitur:

*Sic vive tibi, ſic alij ut dicere poßit,*
*Te pacem homini, te vitio indicere bellum.*

Per xenia & munuſcula multa offendicula amovere à ſe cautus peregrinans poterit: quin contrà magnam benevolentiam ſibi conciliare apud

hoſpitem. Hic igitur attendat Antonini Imperatoris reſcriptum. Neq; ita claudenda eſt res familiaris ut eam benignitas aperire nō poſſit: nec ita reſeranda, ut pateat omnibus. Nam qui in pecunia petenda & retinenda rarò ſibi ſcit modum imponere à peregrinatione tanquam avarus & manus puras non habens removeatur. *Loyſ. 97.* Quid quæſo periculo magis obnoxium, quam vel de induſtria, vel ex ignorantia, in via & hoſpitijs aurum & argentum oſtentare? quid furioſius, quam divitias ſuas tanquam hoſtium ſpolia bello rapta diripere? quid ſtultius, quàm quod libenter facias, curare, id ut diutius facere non poſſis? quid inconſultius, quàm prodigalitatis vitio laborare & velut areneæ ſua viſcera exponere? *Herm. p. 206.* In contrarium verò non adeò tenacem ſe præbeat, ut, ſi quando in diverſoriis & telonijs iniuſtè quid exigi animadvertat, numerare recuſet, ſed patienter hanc iniquitatē concoquat, neceſſe eſt. Henner *d. l. p. 38.* Ne autem quid rerum, quas ſecum accipit, incuriâ fortè amittat, conſcribat *Catalogum*, ex quo in hoſpitii ingreſſu & egreſſu ſarta ne adhuc tectaque ſint omnia, recenſeat: reficiantur neceſſaria: purgentur ſordidata: cuſtodienda committantur, quæ cara ſunt, quorumque damnū, magno redimeres, bonæ fidei hoſpiti. *Neug. p. 77.*

51. Erga majores reverenter ſe gerat, cum præmeditatione & concinno ordine eorum quæ dicenda ſunt, eos alloquatur: loquentibus attentas præbeat aures, decorè & modeſtè reſpondeat, gratiarum actione, quâ illuſtres delectantur, beet, ſuâ ſubmiſsè recommendet ſervitia. *vid. Bell. in Her. pol. lib. 3. p. 166. & ſeq. & tom. 3. diſſert. pol. 7. p. 640. ubi Caietanum legatum inſtruit. Loyſ. obſ. 70.* Erga Minores, famulos ſcil. non rigidum & ſeverum ſe exhibeat, dummodò officii ſui non immemores: Erga *pauperes* liberalitatem exerceat, rivulos ex peregrinationis ſuæ fontibus ubivis terrarum derivari in egenos permittat. *Loyſ. obſ. 71. & ſeq. Pares* bonos ſeligat, ob innatam hominibus imitandi naturam. *Bell. p. 171.* cum malis enim nullum commercium, ob vitiorum contagionem: licet etiam ex malorum converſatione interdum utilitas colligatur quod ex Socrate probat. *Bell. d. l. p. 159.* Cautè ergò in hac hominum colluvie verſandum, inter multos pauci, inter paucos unus eligendus. *Idem d. l.*

52. Cum inſuper non montes aut maria, ſed ſapientum congreſſus conferat prudentiam, incumbit ſtudioſo adoleſcenti diligenter in unaquaque civitate Doctis de viris quærere, eosque non tantum

adire

adire ſed & audire, imitari & modeſtè cum ijs converſari. *Loyſ. obſ.* 55. *Bell. in Herm. pol. lib.* 2. *p.* 98. Nulla enim res magis animos induit honeſtos & in pravum inclinabiles revocat ad rectum, quàm bonorum converſatio. Paulatim enim deſcendit in pectora & præceptorum vim obtinet frequenter aſpici, frequenter audiri. *Sen. epiſt.* 6. Quis quæſo non ab Hortledero abeat doctor? Conſultior à Meiero? prudentior ab Heidero? accutior à Baccovio? gravior à Beccmanno? Melior à Meiſnero? humanior à Gerhardo? diſertior à Lanſio? politior à Beſoldo? quorum licet & auditus & viſus magni emendus; non tamen *Gaditanum* imitabitur peregr. qui ab extrema Hiſpania peregrinationem ob id tantùm ſuſcepit, ut lacteum illud eloquentiæ flumen T. Livium coràm videret, ſtatimq; ut viderat, abivit. *Herm.* 155. Id quod docere quoque voluit *Glareanus profeſſor Friburgenſis*, nobiles quosdam; hos cùm audiret ex Italiâ ipſum videndi causâ veniſſe, juſſit ut cras redirent, qui cùm reverſi, Glareanus ſuâ laureâ indutus, & aureâ torque ornatus, conceſſit in conclave quoddam elegans & amplum, ubi ſe in Hemicyclum recipiens, juſſit eos ingredi. Nobiles ingredientes Glareanum ſalutabant: tum ille ſedebat immotus, perinde quaſi illos non videret: quos etiam ita abire patiebatur. Hoc cum Itali mirarentur, hancq; inhumanitatem per nuncium quendam Glareano exprobrarent. Cur illis inhumanus videar, cum ſolum me videndum venerint? At poſtea ab illis invitatus, totus dies jucundiſſimis colloquiis conſumtus, ut ita ipſius humanitatem, prudentiam, eruditionem, faceta dicta, ſervatâ tamen gravitate Itali concognoſcerent. *Picrkm. in lib. de art. apodem.* Ut autem modeſtè, ita tutò adeundi docti viri, vel oblatione albi, vel alia de cauſa. Non enim eruditio ab humanitate quæ ſeparari nequit, fert, rigidè ut peregrinos excipiant, licet *Pirckm. in ſuo itinere* referat, ſe ad *Cardanum* venientem, ipſum nomine Pauli Guideldi Clariſs. Medici ſalutare volentem, hanc primo intuitu paſſam quæſtionem. Num ille pecunias afferret, cui reſpondit negando, ſed ſalutem, tum ille ſibi nihil negotij eſſe cum Tranſalpinis: ſe Cardanum eſſe, & neminem curare, niſi qui pecuniâ inſtructus veniret. Hic non Cardanus, ſed potius κερδαίνος dicendus. At ſi jam in gratiam & amicitiam Clariſſimorum peregrinans irrepſerit omnem movebit lapidem, in eâ ut maneat, ſubmiſsè ſe gerat, neq; minimâ re eos lædere nitatur. *Loyſ. obſ.* 44.

55. Sicut autem peregrinanti virtutibus ſtudendum: ita vitiis abſtinendũ. Primò itaq; ſibi caveat à deteſtandâ libidine. Nam

—— *Veneris quò non mortalia trudis*
*Corda fames: tu fons, tu princeps cauſa malorum.*

Huic enim nimium indulgentes, graviſſimas ægritudines, imò ipſam mortem ſibi conſciverunt: ut *Ludovicus XII. Rex Gall. apud Thuan. lib. 1. p. 31. Petrus Toletanus Siciliæ ProRex. Thuan. lib. 12. p. 560. Ludovicus Palatinus ſeptemvir. Idem lib. 29. p. 893. nec non Ioachimus II. Elector* Brandeburg. *vide Bell. p. 208.*

54. Secundò vitet voluntariam inſaniam, luxum & ebrietatem, currus enim luxuriæ quadriga volvitur vitiorum: ingluvie videlicet ventris, libidine coitus, mollitie veſtium, otii laborisq; reſolutione. Trahitur equis æquè duobus, proſperitate vitæ & rerum abundantiâ: & qui his præſident duo, ignaviæ torpor, & infida ſecuritas. *Bernhard.*

55. Superbiam fontem omnium malorum abominabitur, nec præcedentiam affectet. *Bell. p.* 177. Philautian & loquacitatem ſeipſum depredicando omnem excutiat: quo de *Loyſ. obſ. 29. & ſeqq. Bellus. 107. & 175.* ſed potius ſit obſequioſus, humilis, taciturnus &c.

56. Importunam curioſitatem in quærendo & ſcrutando, averſabitur, inprimis quæ cum temeritate eſt conjuncta. Aliâs enim præſtantiſſima ars eſt interrogatoria. *Bell. lib. 7. p. 141.* Et ſi in aliena domo ſurdum & mutum eſſe oportet, multò magis in alienis regionibus, ubi obſervabit peregrinator, non taxabit mores peregrinos. Malus enim ille, cui non eſt ſatis id, quod cæteris ſatis eſt. Parcè igitur laudandum, parcius vituperandum: cùm planè nemo contemnendus, & omnis comparatio odioſa ſit. *Herm. lib. 3. p. 171. 176. 179.* hinc rectè *Horat.*

*Levius fit patientiâ, quicquid corrigere nefas.*

57. Luſibus inhoneſtis & prohibitis, lucrique causâ inſtitutis non utatur. Rixarum enim & tumultuum genetrix lucrum ex luſu. *l. 3. Cod de aleat. Herm p 716 Loyſ. obſ. 57.* nec ſi rixæ inter alios oriantur ſe immiſceat, Dann der Schender bekompt gemeiniglich das beſte darvon.

58. In ſumma peregrinantem ſanum non dixeris, in quo non concurrunt virtutes animi & corporis: lingua parca, mens clauſa, frons aperta.

59. Reſtat finis & ſcopus, ad quem peregrinans collimare unicè debet, conſiderandus, qui varius à variis delineatur: prolixè à *Ranzovio in method. Apod.* brevius à *Chytræo in delic. itin.* logicè à

*Neug.*

*Neug. Zuing.* & alijs, nos breviter eum conſiſtere putamus, in obſervatione & cognitione comparandâ, quò faciliùs aliquando ſuimet ab omni parte abſolutionem, ſummam amicis patriæq; charitatem & inſerviendi promptitudinem afferat: Notandum tamen prius, commorationem magis ad finem conſequendum aptam, quàm itionem perpetuam & tranſitum: Ergo peregrinis locis in celebrioribus ſubſiſtere pauliſper ſtudeat.

60. Obſervanda autem eſt qualitas tum loci, tum Reipub. tum hominũ. Loci qualitas generalioris, totius ſcil. regionis, conſiſtit in indagatione nominis, ſitus, naturæ. Unde ſcil. nomen ſuum vel vetus vel novum ſortita, quæ inibi floreat lingua &c. Situs loci: quâ ſub mundi parte, quâ provinciâ, ſub quâ Zonâ, quæ longitudo & circumferentia: num abundet civitat. & pagis, quos habeat confines: an ſit maritima: & ſi hoc, num tutò portum aſſequi poſſimus &c. Natura: quæ aëris temperies, quæ fertilitas agrorum, vinearum, pratorum & unde, quibus abundet fructibus: quos habeat montes, ſteriles ne an veſtitos: ſylvas, ibi an copia ferarũ; num ſit ornata fodinis vel auri, argenti, ferri, ſalis, quale inde lucrum ſperandum: num præter alias nationes dotata ſit animalium, herbarum, arborum, &c. ſingularitate: quæ flumina navigabilia, piſcoſa: quæ balnea ſanabilia: num propugnaculis munitis tranſitus militares inhibere poſſit &c. *vide Henner d. tr. p. 51. & ſeq:* Ad horum inveſtigationẽ valdè proderit, rythmos quosdam regionum præcipua continentes addiſcere. E. g. Turcarum notabilia complectitur ſequens diſtichon:

*Meſchita, maratium, charavanſaraja, lavacra.*
*Fontes & pontes fluviorum & ſtrata viarum.*

Apud Anglos eximia eſſe feruntur, quæ hoc verſiculo comprehenſa.

*Mons, & fons, & pons, Eccleſia, fæmina, lana.*

Alſatiam hi quatuor rythmi deſcribunt.

Drey Schlöſſer auff einem Berge/
Drey Kirchen auff einem Kirchhöffe/
Drey Stätt in einem Thal/
Iſt das gantz Elſaß vberal.

Thuringi laudantur à quatuor W. von Weidt/ Wein/ Weitz/ Woll/ prout Cl. *Vir Dn. M. Heiderus fautor & hoſpes quondam meus ætatem colendus Iena me docuit.*

61. *Qualitas loci ſpecialioris*, ut civitatis, præter nomen eiusque, rationem, conditorem, amplificatorem & inſtauratorem, item ſitum, formam exteriorem, cognoſcitur, tum è viſu, tum memoratu dignis: quæ varia peregrinanti ſe offerunt, & vel gratis vel honorario debito.

62. Viſu digna ſunt ædificia, (in quibus ſit curioſus ac diligens, conſtans, laboris patiens, & in locis, per quæ tranſiturus eſt, ſi quid dignum ſpectatu ſit, feſtinet lentè. ubi ſubſiſtit, occaſiones ſedulò aucupetur, ea, quæ non ſemper poſſunt videri, ſuo tempore videndi. *Neug.* 103.) quæ vel ſacra, vel profana. *Sacra ſunt Baſilicæ & templa clariſſima*, uti ſuperare & antecellere reliqua vidi, Londini in Anglia templum S. Jacobi, in Boruſſia Dantiſci parochiam novam magnitudine, S. Petri ſeu Weſtmonaſterium Lond. monumentis marmoreis: Antverpiæ in Brabantia B. Virg. picturis artificioſiſſimis, ibidem Jeſuitarum, marmore: Roani in Gall. B. Virg. architecturæ beneficio: Friderichsburgi Arcis templũ in Daniâ ſplendore & elegantiâ incredibili, ibi namq; Altare, Organum & Regia ſella mirificè extructa, ex argento & ligno artificioſiſſimè confecta. *Cœnobia amœna*: ut Ratisbonæ Chartuſanorum: Antverpiæ Carmelitarum &c. *Cœmiteria*: Spiræ: *Collegia*, Gryphſvvaldi in Pom. Viennæ in Auſt. Scholæ, ut Dantiſci. *Xenodochia*, ut Amſtelodami, Pariſ. Argentorati, Noribergæ, Das Findelhauß oder Weiſenhauß. Item Dollhauß. Amſterdam. Roterdami Antverp.

63. Sacris ædificijs obſervatis, profana quoque, quæ vel publica vel privata, *introſpiciat peregrinans*: id cum multum ad loci cognoſcendam qualitatem facere ex politicorum monitu cognoſcerem, eò magis meâ in peregrinatione intentus fui, ut inde putem *palatijs & parlamento* certare cum alijs Lutetiam. *Arcibus*: Fontainebleau ſive Fontem-bellaquæum Fontaine-belle-eau, Luparam, Louure, San-Germanum ſeu fanum Germani, S. Germain, in Gallia: Friderichsburg. in Daniâ: Dreſdam in Miſniâ: Grætium in Styriâ: *Propugnaculis*: Elſenör in Daniâ: Caſtellum Genth: Cyſtrin in Marchia vet. Oſtendam in Flandr. Nancy in Loth. Blockhauß Dantiſ. Raab & Gomorram in Ung. *Curiis*: Antvverpiam, Auguſtam Vind. Noribergam, Magdeburgum, Foris: Ambſtelodamum, Noriberg. am Herren Marck. Viennam am Graben. *Armamentariis*: Dreſdam, Dantiſ. Argentoratum, Coppenhag. Noriberg. Auguſtam Vindel. *Turribus*: Argentora-

gentoratum artificio & elegantia. Viennam: fortitudine, Lansdhutũ altitudine: *Stabulis*: Dreſdam, Stuggardum, Bruxellam. *Theatris* varijs: Londinum, Ballhäuſer Lutetiam, *AEdificiis mercatorum*: Kauffhäuſer oder Börs Amſtelodamum, Antvverp. Londinum Roterd. *Balneis*: Baden/ Egram, &c. *Porticibus*: Leydam, Ambſtel. *Portubus*: Elſenör in Dan. Bilau in Boruſs. Pontibus: in Germ. Ratisbonam fortitudine, Dreſdam elegantia, Pragam longitudine: in Angl. Londinũ, cui ponti egregiæ inædificatæ ædes & turres: *Fontibus*: Auguſtam, Noribergam, Brux. *Aquæductibus*: San-Germanum, Roel, Bruxellam. *Frumentariis*: Kyſtrim, Argentoratum, Ratisbonam: *Hortis Sclopetariorum & Sagittar*: Mittelburgum in Zeelandia, Ambſtel. Auguſtam, Ratisponam. *Bibliothecis*: Leydam, Jenam. Zuchthauß/ Amſtelodamum, Coppenh. in Dan. *Horologiis*: Argentinam, Auguſtam. Thiergarten: Regiomontanum, Londinum, *Diverſoriis*: Lutetiam, Viennam &c.

64. *Nec non* in ædificijs privatis *& patrimonialibus peregrinans oculum figat*, ad eorum elegantiam, ſplendorem, ornatus, artificia, formam tum interiorem, tum exteriorem, amœniſſimos ſcil. hortos, quibus Galli maximè operam dant: picturas, quibus Belgæ, antiquitates, quibus Bavarus Monachi, Kunſtkammer/cui Saxo Dreſdæ, & reliqua omnia, viſu quæ digna judicantur.

65 Memoriâ digna ſunt, quando inquirit peregrinans, Nũ civitas aliqua ſit experta, fames, peſtes, inundationes, incendia, obſidiones, ſeditiones, expugnationes: num inibi celebrata conſilia, colloquia, ſynodi, comitia, conventus, haſtiludia &c.

66. Verùm non ſufficit in ſuis peregrinationibus montes & valles tranſcendere, maria & fluminat trajiere, & omnes terrarum angulos perreptare: neque alio fine, quàm ut ſi ſaltem oculos urbium, palatiorum, animantium & hominum, ſpectaculis paſcant, ut Sphæriſteriis reticula tractare diſcant, ut gulæ captent illecebras, ut meretricularum læthale mulſum deguſtent, neq; diu cum abfuerint, domum aliud quicquam referant, quàm inanes loculos, quàm corpora pallida, macilenta, ſcabioſa, verminantitia, quàm conſcientiam mille ſceleribus onuſtam, quàm veſtes inſolitas, mores hiſtrionicos, ſuperbam ſtultitiã, & deniq; patriæ contemptum. *Cl. Dn. M Heid. in politicis MS. c. de adjum. prud. pol.* Et hi ſunt de quibus *Horat.*

*Cœlum non animum mutant, qui trans mare currunt.*

Non ergo tantum externè, verùm & internè, Reipub. qualitatem

conſide-

conſiderando, peregrinandum, quod fit, quando ſtudioſus diligenter Eccleſiaſticam poteſtatẽ à politicâ ſegregat, in illâq; ſcrutatur, qualis ſit illa poteſtas, quæ religio, eiusque libertas & ritus? nec non perſonas Eccleſiaſticas earum regulas & habitum, leges & judicia, decreta, reditus obſervat. Politicè verò Reipub. formam, ſtatum & juriſdictionem inquiret, num ſuperiorem agnoſcat vel alteri penſionem debeat, fundamenta belli & pacis inveſtiget, reditus ordinarios, extraordinarios & expenſas metietur, ſubditorum alimenta, commercia, divitias exploret, educationem juventutis in Academijs & Scholis ponderet, leges, ſtatuta, ordinationes & cætera notatu digna, incrementum ſcil. & amplitudinem cognoſcat. *vide hac de re D. Henner d. tr. p. 59. & ſeqq. ubi in hoc conſilio multa lectu digna congeßit.*

67. *Tertiò & ultimo* qualitatem hominum *conſiderandam peregrinans ſibi proponat*, eorundem ſtaturam, accidentia ſcil. claritatem in artibus & literariis & mechanicis, nobilitatem generis, habitus, veſtitus, cæremonias, ritus, mores, & plura œconomica, imò & ipſa ingenia, quæ ex aſtrorum poſitura regionisq; natura diverſimodè variant. *Scal. Bod. 5. de Repub. c. 1. n. 522. & ſeqq.* Sunt enim aliæ gentes iracundæ, aliæ audaces, quædam timidæ: in Vinum, in Venerem proniores aliæ ſunt. *Liv. lib. 45. hiſt.* quod patet ſpeciatim ex nationũ proprietatibus, *quas ſub finem ſuarum delitiarum cumulavit Nathan Chytræus.* Notandum autem probè, non ſingula à nobis eo deſcribi animo, quaſi etiam minutiſſima quæq; (id enim impoſſibile) annotari & obſervari velimus, ſed ſufficit, ſingularia, præcipua & primaria, quoad fieri poſſit, aſſignari.

68. Præter multarum rerum in itinere obſervationem, *occurrunt etiam* quædam addiſcenda domumq; portanda, ut Artes, linguæ, mores. Artes quilibet eas amplectatur, quarum gratiâ peregrinationem ſuſcepit, quæ aliquando uſui ſibi eſſe poſſunt maximo: quibus artibus & ſcientiis ſi miſceantur etiam exercitia, ut gymnaſtica, Muſica. *Herm. p. 125. 214.* & reliqua ſtudioſis convenientia; pro ratione inſtituti & perſonæ, non video improbatum.

69. Deinde linguarũ quoq; cognitionem domum reportet, inprimis earum, quas in patriâ florere ſciat: (ubi locum commorationi ſibi ſeligat, quo in major linguæ puritas & elegantia) ut non tantum peregrinos oretenus excipere, ijsque reſpondere, ſed ut poſſit prudentiam ex lucubrationibus & diſſertationibus politicis exterorum haurire.

haurire. Quàm plurima enim eruditè ſcripta, invidiâ putem exterorum aut gratiâ civium ſuorum exteri, in primis Itali & Galli, hodie vulgari lingua edunt. *Bornit. de prud. pol. comp.*

70. Mores inſuper ſunt addiſcendi, ſed non ſoli, ſed non omnes, ſed probati. Mores enim hic velim tuâ perſonâ dignos, non moros aut moroſos, non affectatos aut oſtentaots: *Sagitt. d. l. θ. 97.* Ita tamen ut pro locorum varietate ſuſcipere & deponere poſſit. *Bell. lib. 3. p. 229.* Non enim ſolùm id quod rectè atq; ex officio faciendum eſt, cognoſcere oportet: ſed etiam pravum cavere, ita enim in ſcientijs recte proficimus. *Scal. de cauſis L. L. c. 14.* Habeat licet unaquæq; regio ſua vitia, habeat & ſuas virtutes, peregrinemur ergò, ſicuti apes, non ut araneæ, & ſic vitia linquentes virtutes colligentes. *Scal. v. Herm. 164.*

71. Itinere nunc feliciter abſoluto & ad finem perducto peregrinans, Deo actis gratiis, in patriam reverſus, priſcas amicitias repetat, mores patrias reſumat, linguâ vernaculam imitetur *Guazz. diſſert. 3. de civil. converſ. p. 157.* Veſtitu non magis φιλόξενον, quam φιλοπατρίδα ſe præbeat. *Loyſ. obſ. 143. Et hactenus hìc peregrinati ſumus: nunc ulteriùs viarum, & longitudinem & perplexitatem nauſeantes, domi nos contineamus & conſileſcamus.*

# COROLLARIUM.

CVM IN PEREGRINATIONIBVS SVBINDE DISperſos eſſe Judæos videamus, haud inconcinnè noſtro diſcurſui colophonem imponit inveſtigatio: quid de Judæorũ receptione, tolerantiâ & defenſione judicandum? Noſtra quæ ſit ſententia, ingenuè, abſque tamen ullius præjudicio, dicamus. Et primò quidem, quæſtionem eam, an recipi debeant, ab illâ, an poſſint, ſejungendam cenſemus. Nulla autem ratione induci poſſumus, peſſimam hanc beſtiam omni aſpide nocentiorem, natura, quam quaſi ſtercus evomuit, avaritia monſtrum ſuſcepit, immanis cupiditas peſtem multarum civitatum auxit & enutrivit. *Caſ. lib. 1. Sphær. civit. c. 7.* in I.

E

florentem aliquam & benè adminiſtratam Rempub. eſſe recipiendam, ſtudioſè advocandam, lucri & quæſtus gratiâ hoſpitium illis offerendũ. Felix namq; eſt R. ſp. in qua non eſt Abraham, Nimrod & Naamam:
2. Siquidem ex cohabitatione Judæorum magna pericula & ſcandala Chriſtianis obveniunt, ut ſeditiones, qualis fuit Francofurtenſis &c. ſeductiones, proditiones: cùm ipſis ſolenne & quaſi innatum, omnia explorare, ſcrutari: qua in re mirè vafri ſunt & verſipelles, Vnd alſo in jhren Gemüht vnd Hertzen rechte Kundtſchaffter vnd Landtsverrähter/ ja (welches des höchſte iſt) vnſers einigen Erlöſers vnd Heylandes Jeſu Chriſti/ vnd aller Bekenner ſeines Namens offentliche vnd abgeſagte Feind ſeind/ prout manifeſtè teſtatur die Churpfaltz: Landtsordnung. *tit. 8.* §. von Juden/ *verſ.* Wann dann) periculum perfidiæ &
3. perjurii, fœnus deteſtandum animi funus &c. Imò in ſua pertinacia & ſuperſtitione confirmantur, elatiq; ſui ſecuritate inſoleſcunt, multũ præcipites in Chriſtianam reverentiam admittunt. *l. 14. C. de Iud.* Subindè enim à nonnullis Judæis audiuntur jactabunda verba: Deus noſter dat nobis gratiam coram Magiſtratibus Goiim, ut ſimus eos miramma noſtris ſchohad, id eſt, decipiamus & excæcemus noſtris muneribus. *Erneſt. Frid. Flag. p. 3. c. 4. Anton. Margarit. lib. de fid. Iudæor.*
4. Accedit quod hæc Judæorum receptio *in reformatione politiæ Auguſt. anno 1530.* rubr. von Juden vnd jhrem Wucher ꝛc. à *Carolo V.* videatur prohibita: Jtem nach dem im H. R. Reich Teutſcher Nation/ Juden/ die wuchern vnd nicht allein auff hohe Verſchreibungen/ Bürgen vnd Vnderpfandt/ ſondern auch auff raubliche vnd diebliche Güter leihen/ durch ſolchen Wucher ſie/ das gemein/ arm/ nottürfftig/ vnuorſichtig Volck/ mehr dann niemandts genug rechnen kan/ beſchweren/ jämmerlich vnd hoch verderben: Setzen/ ordnen/ vnd wöllen wir/ dz die Juden ſo wuchern/ von niemandt in dem H. Reich gehauſet/ gehalten oder
5. gehandhabt werden ſollen. Multò ergò minus ſordidi lucri causâ invitandi erunt, cuius licet odor per ſe ſit bonus ex qualibet re, non tamen permitendum eſt malum, ut aliquid boni eveniat, quemadmodum *in Templ. Ezech. p. 313. Hafenref.* conqueritur, quod Judæi alicubi recipientur, tantum, ut fortunis & ſanguine Chriſtianorum paſti, rurſus emungantur argento; ſerviq; exiſtant pœnæ & fiſci, atque ſpongiæ ſaltem Magiſtratuum eorum, qui illos tolerent, omniumq; prædæ & violentiæ expoſiti: Vide der Statt Franckfurt Hiſtorien verlauff. *p. 72. 73. & ſeq.* Prudentiſſimè igitur, *Chriſtoph Ducis VVirtemb. reſponſum*, Judæorum receptionem ſuadentibus datum: Wann diſe verfluchte

Leuthe/

Leuthe/ mir wolten Gelt vollauff geben/ wolt ich ſie doch in meinem Für-
ſtenthumb/ weil ſie an meinem Bruder vnd Erlöſer Jeſu Chriſto trew-
loß worden/ vnd offentliche Zauberer ſeind/ nicht leiden/ prout allegat
*ex arb. Iudic.* Gilhauß. *part. 1. c. 1. §. 1. Otto in diſſert. de jur. pub. c. 19.* 117
*p.* Quo cum Principe laudatiſſimo ſtatuimus, eos non eſſe reci-
piendos, etſi jura hoc permittant, regaliumque numero adſcribant, ut 6.
*textus Aur. Bul. c. 9. §. 2: verb. nec non Iudæos habere:* Policey ordnung
*Carol. V.* zu Augſpurg *Anno 1548. tit.* von Juden ꝛc. *verb.* Setzen/ ord-
nen/ vnd wöllen wir/ Das hinfüro niemand der Juden auffzunemen oder
zuhalten/ geſtattet werden ſoll/ dann den jenigen die von vns vnd dem H.
Reich Regalia haben/ oder inſonderheit privilegirt ſein / eiuſdem te-
noris eſt *Ord. pol. refor. Francofurt. Maximil. II. Anno 1577. vide Buxt.*
*concluſione ad Aur. Bul.* *Dn. Arumæ. diſcur. 5. th. 6. Thom. Micha. de*
*Iuriſd. concl. 47. lit. B.* Schönbor. *lib. 5. pol. c. 16. Kizel. in diſcurſ. A-*
*cadem Gieß. de regali habendorum Iudæorum.* Verum videtur hoc re- 7.
gale datum Electoribus & cæteris Principibus, non ut neceſſariò Ju-
dæos recipiant, ſed ne hac careant poteſtate & liberrimâ fruantur vo-
luntate, vel ſi commmodum ſuæ Reipub. perſpexerint, recipere, ſin
minus, intermittere; nec nō exinde patet, Judæorum receptionem eſſe
periculoſam, cum tantum regalia habentibus competat, ſcil. qui majori
potentiâ eorum fraudes refrenare, & præcavere poſſint.

Quid ſi ſemel recepti, poterunt ne expelli? an vice 8.
verſa jure tolerari? Hac in quæſtione diſtinctè eſt procedendum:
*De Iure quidem Divino, Canonico & Civili* Judæorum tolerantiam re-
ſpectivè tollere non poſſumus, cùm prædicta jura id velle & exigere
videantur: imò contra injurias aliorum defendant: verùm haud aliter,
quàm ſi aliqua converſionis aderit ſpes. *Oſeæ 3. v. 4. Rom. 11. v. 25. 26.*
*Luc. 21. v. 34. Pſalm. 59. v. 12.* Non autem ſperamus de converſione
eorum, niſi & Eccleſiaſticis & politicis conditionibus jam ponendis ſe
inobedientes non geſſiſſe, experiamur, quarum I. Judæi in Synago- 9.
gis, vel etiam aliâs Chriſtum Deum & Salvatorem noſtrum maledictis
non proſcindant, neque ritus, cæremonias, feſtivitates, ſacra & ſolen-
nia ſumma, in contemptum Chriſtianæ religionis, fidei atque legis,
peragant, atque ita, ne Chriſtianos eorumve religionem dicto factove
contemnant. *text. eſt. in c. etſi Iudæos & c. Nonnullis de Iudæis. l. Iudæos*
*C. eod.* Hoc enim eſſet blaſphemiam evomere, cuius crimen atrociſ-
ſimum, omneq; peccatum huic comparatum, levius eſt, hinc capitis

ſtatuta in perpetratores pœna. *1. Reg. 21. v. 3. Nov. 77. v. Alth. lib. 1. di-
cæol. c. 101. n. 31.* & quî non divinæ Majeſtatis læſio vitam adimat: cùm
perduellionis pœna etiam ipſos tangat hæredes, jam, gravius ſanè mul-
tò æternam quàm temporalem lædere Majeſtatem. *c. vergentiß. de hæ-
ret. vide Benedi. de creſcentijs* im Rechtlichen bedencken von der Juden
10 Freyheit. *p.* 27. II. Uti Judæum ad Chriſtianiſmum tranſire volentem
prohibere, ita Chriſtianum ad ſuam religionem traducere abſtineant.
11. *l. 17. 18. C. de Iudæ.* III. Biblia in aliis linguis legant, impiis dogma-
tibus de mortalitate animarum ac reliquis traditionibus renuncient, li-
bros manuſcriptos veterum Hebræorum ſemoveant, conciones no-
ſtras audiant & cum eruditis Chriſtianis ſæpè conferant. Quod tamen
12. non indoctè à multis in dubium vocatur: *Num Iudæi cogendi, ut ſtatu-
tis diebus Verbum Dei purum in Templis Auguſtanorum vel Pontificiorum
audiant?* Ubi diſtinguerem cum *Quir. Kubach. cent. 3. dec. ult. quæſt.
illuſt. 8. p.* 948. inter ſuaſionem, ſive admonitionem, quæ Magiſtratui
cuilibet competit. *l. 3. C. d. ſum. trin.* & coactionem, quæ conſcien-
tiarum dominium inducit, quod ſoli Deo prudentiſſimè attribuit. *Ste-
phan. Battori Rex Polon.* Pietatis n. ara armis inimica. *Lactant. c. ſecus
13. Iudæi. de Iudæ.* IIII. Novas Synagogas non extruant. *l. 18. §. 1. & 2. C.
de Iud. c. Iudæis. eodem.* Hoc enim ipſe abominatur Deus, uti teſtis eſt
*Zonar. lib. 3. hiſt. p.* 22. Quod Judæi Templum Hieroſolymitanū ædi-
ficaturi divinitus impedirentur: Nam cum ad fundamenta jacienda
terram effoderent, copioſus ignis è foſſis erupiſſe perhibetur, & opera-
14. rios combuſſiſſe, ut à ſtructurâ deſiſtere cogerentur. V. Lites & cau-
ſas inter ſe nō diſceptent, & ſic ſibi juriſdictionem arrogent: ſed ſecun-
dum Magiſtratus politici præſcriptas leges decenter & placidè vivant,
easq; omnes juramento ipſis præſcripto. *Receß. Imper. anno 1538. rubr.*
Form deß Juden Eydts. *Ordinat. Cam. p. 1. tit. 86.* ſe ſanctè inviolabi-
literque obſervaturos, Magiſtratui promittant. Commodiſſimæ autem
15. erunt leges politicæ, 1. quando ſitis immodicarum uſurarum reſtin-
guitur. *c. cum ſit. de Iudæis*, cujus vitii contagium ſubinde execrando
deſcribunt & Theologi & JCti. ita ut in jure uſurarii pro infamibus ha-
beantur. *l. 20. C. ex quib. cauſis infam. irrog.* & uſura ſit lucrativa præ-
datio præter naturā, eò Das ein Jüdiſcher Wucherer ein gantze Statt
vnd Land beſchändt / ein Mörder aber vergreifft ſich nur an einem oder
wenig Perſonen. *Author* des Judenſpiegels *p. 70.* Quemadmodum o-
mnes perreptantes ſpineta vulnerantur, vel ad minimum lanâ ſpolian-
tur: ita ſimpliciores converſantes cum fœneratoribus, bonis ſuis exu-
untur.

untur. *Herm. Lather. lib. 3. c. 23. de cenſ. n. 75.* ubi graviter & doctè: adhibe *Benedict. de creſcent. d. l. p. 19. & ſeq.* 2. Si contractus illiciti 16.
ipſis interdicuntur, nec obligationes niſi coram Magiſtratu loci & linguâ germanicâ conſcribuntur. *Receß. Imper.* 1551. 3. Via ad publica 17.
officia inter Chriſtianos. *l. fin. C. de Iud.* (ita ut non poſſint conducere vectigal. *Engelhardt. diſp. de Iure vectig. θ. 10. lit. B. Heinr. Glock. eadem de mater. θ. 48. lit. d.*) opificia & negotiationes honeſtiores omnis præcludatur, præſertim quæ ad cibaria & edulia immediatè ſpectant, ut lanioniæ, propter ſuſpicionem conſpurcationis & commaculationis: Dann weil die Juden das Fleiſch / wo die Adern nicht ſubtil außgemacht ſein / nicht eſſen mögen / verkauffen ſie die Hinderviertel den Chriſten / doch müſſen ſie jhre Kinder zuvor wol beſudlen vñ berotzen ꝛc. vnd ſagen darzu / die Goiim ſollen darvon freſſen miſa miſthona das iſt / vnheilſame Kranckheiten vnd den gewiſſen todt. *Erneſt. Ferdi. Iudæus baptiz. p. 2. c. ult.* ſed potiùs ad ſervilia opificia & ſervitia præſtanda, ad ſcindenda ligna, evehendum fimum, & alia opera ruſtica, ſicut olim Gibeonitæ; *Ioſuæ 9. Ordin. polit. anno 1530. & 1577. tit. 20.* §. Damit aber die Juden jhre Leibs nahrungs haben. Hinc non abſonum judico illorum conſilium, mitiori ſententiæ ſubſcribere qui ſatagunt, relegandos eſſe Judæos ad loca ſterilia & deſerta, ea, ut labore aſſiduo excolant, ne pane ſuo veſcantur absq; ſudore vultus ſui, & Chriſtianos deſpiciant ſuam per pigritiam & otium, Satanæ pulvinar. Dann die Juden / ut veriſſimè ſcribit *Autor* deß Judenſpiegels *p.* 88. ſeind vns Chriſten zum Exempel vnd Warnung vor Augen geſtellt / als Knecht vnd Leibeigene Leuth / vnd gar nicht / das wir die faulen Dieb vnd Schelmen / auß des gemeinen Nutzes / das iſt auß gemeiner Burgerlicher vnd der Vnderthanen Nahrung / ſaurer Arbeit vnd Schweiß in jhren Knobloch ſtinckenten / vnd vor Gott verdampten Müſſigang ernehren / vnd vns in hunger vnd kummer darben laſſen ſolten. Tractandi ergò *iuxta Lutherum, quem citat Chriſto. Helvic. tom 4. diſp. Theol. Gieß. 11. p. 269.* Man müſſe jhnen das faule Schelmenbein auß dem Rucken vertreiben / Flegel / Axt / Karſt in die Hände geben / vnd nicht hinder dem Ofen ſitzen Bieren braten / vnd der Chriſten noch darzu ſpotten laſſen / daß ſie wuſten ſie weren in ellendt vnd gefängniß / aut prorſus exterminandi: Verùm tam miſerè hodiè vivunt paſſim, ut Judæus quidam commonefactus de exilio tam diuturno, ut agnoſceret, Meſsiam veniſſe, juſſerit è cella ſua afferri vinum generoſiſſimum in vitro precioſo, reſpondens, quale hoc eſt exilium. *Elias Schadæus.* 3. Connubium cum 18.

19. Chriſtianis interdicatur. *l. 6. C. de Iud.* 4. Ne Judæi immobilia quorumq; titulo acquirant. *Vide* Matthiaſſen von Schwanenburg/ Im einfaltigen bedencken: wie ſich Chriſtliche Obrigkeit gegen die jnlauffende Judenſchafft der Wohnung vnd anderer ſachen halben/ erzeygen
20. ſoll. *rat. 10. p. 14.* 5. Signo certo à Chriſtianis dignoſcantur, juxta *Receß. Imp. 1530.* Es ſoll ſein ein gelber Ring an dem Rocke oder Kappen allenthalben vnuerborgen. His ſi legibus & conditionibus obtemperantes Judæos vel eſſe vel fingere licet, cum *Theodobado Gothorum*
21. *Rege* eos toleramus & patimur. Verùm quàm nil minùs vel fiat, vel fieri poſſit, & ratio & hiſtoria docet: ſiquidem Judæi hoc facientes Judaiſmum deponerent, cui maximè contraria videntur, prout ipſorum
22. doctrina à Rabbinis tradita paſſim teſtatur. Nam primam quod attinet conditionem Theolog. Judæi à crimine læſæ, & reſpectivè, ulterius quomodo in illis eſt, lædendæ Majeſtatis, tam divinæ quàm humanæ, non ſunt immunes.

Tam diras enim execrationes, & nefarias blaſphemias, tum in ſuis precibus, tum ſermone quotidiano, & erga Chriſtum, & Magiſtratum omnesque Chriſtianos evomunt, & religio & pietas Majeſtati divinæ debita nobis prohibet, ne omnes ponamus. Vocant autem Chriſtum nefarium, maleficum hominem & præſtigiatorem. *Zonar. lib. 3. hiſt. p. 5.* Einen erhenckten Dieb am Galgen/ Spurium, *Luth.* ad eius nomen ter expuunt in terram dicentes, deleatur nomen eius. *Luth.* quotidie orant his verbis: cùm illi adorent, invocent & celebrent vanitatem & ſtultitiam, & orent ad Deum, qui non poteſt ſalvare: ubi cabaliſticè intelligunt Chriſtum & Chriſtianos. *Erneſt. Ferd.* Mariam nominant hariam, id eſt, ſterquilinium, *Munſt.* Imperium Romanum regnum Edomiticum, ſuperbum, tyrannicum, Eſau &c. Chriſtianos ſalutant, ſched willkom/ id eſt, diabolus te rapiat, *vide prolixum harum criminationum catalogum, apud Helvicum, d. l. p. 256. & ſeqq.* ubi omnes autoritatibus probat: Ritus, cæremonias & alia ſolennia, quin non celebrent, ut & religionem Chriſtianam contemnant, non eſt; ut mihi perſuadeam, cum uti dixi illorum religio his ſine ſubſiſtere nequeat.
23. 2. Imò non modò Chriſtianos ad Judaiſmum perſuadent ſæpius, eorumque liberos circumcidere ſolent, quod ex propria illorum confeſſione *ab Helvico d. l. p. 270. allegata cognoſcitur, adhibe Bened. de creſc. d. l. p. 33.* ſed etiam occidere, quavis occaſione ſe conjuratos Chriſtiani nominis hoſtes declarantes. *VVeſemb. in paratit. C. de Iud. n. 2. vid. tr.* D. Joh. Eckias *anno 41. Ingolſt. impreß.* Von der Judē Kinder mord/

(Qui

(*Qui l. Cornel. mulctandus. l. 15. C. de Iud.*) Exemplum huius rei eſt ſeditio mota Antiochæ à Judæis contra Chriſtianos, quâ in plurimi Chriſtianorum ſunt occiſi, ipſeque Patriarcha Anaſtaſius, cuius cadaver in foro combuſtum. *Zonar. lib. 3. hiſt. p. 66. ſub Imp. Phocæ.* Item ſub Imperio Heraclii, cum Choſroes Paleſtinam ſubigeret & Hieros. expugnaret, Iudæi nonaginta millia Chriſtianorum commercatos peremerunt. *Idem d. l. p. 68.* evolve *Phil. Melancht. in Chron. Carion. lib. 3. p. 3. & omninò Dreſſer. in millen. 5. p. 442.* ubi dicit ſub Duce quodam Andrea, anno 114. poſt cæſos Græcos & Romanos, Iudæos non contentos fuiſſe cæde, ſed humanis carnibus veſci cæpiſſe: occiſorumque inteſtinis, ſtillante adhuc ſanguine, tum pellibus obvolutos, multos per medium uſque verticem diſſecuiſſe, plures beſtijs dilaniandos objeciſſe, alios inter ſe digladiari coegiſſe, ut ducenta & amplius hominum millia eo furore & armis Iudæorum interierint. *adhibe Camer. cent. 1. medit. hiſtor. c. 42.* Sanguine inſuper Chriſtiano variè utuntur, illoq; quoſdam ad uſus carere non poſſe dicuntur. Annuatim enim puerum præſertim ferijs paſchalibus immolant: quod factum eſſe anno 1216. in Angl. *teſtatur hiſt. Brittan. lib. 3. ſub Heinr. III. p. 87.* Tertiæ con- 25.
ditioni expreſsè refragatur experientia, licet unica de civitate Avignon teſtetur *Iodoc. Sincer. in Itinerario Galliæ p. 350.* quod ibi magnus Iudæorum ſit numerus, qui Synagogam etiam ſuam habent, in qua quot ſeptimanis à Monacho concio habetur (ea enim conditio hic morari volentibus præſcripta) ſi fortè quem converti obtingat. Nec non 26.
quintæ conditioni manifeſtè contrarios ſe gerunt, in praxi, quam fundant ex libro *Caſidim Reſchis Choma* nominato: prout latè & eleganter deducit *Benedi. de Creſc. d. l. p. 31. Helvi. d. l. p. 269.* Quantum autem juramento à Iudæis exacto fidendum, id ipſus ego aliquot centenorum florenorum diſpendio expertus, cum eorum ſolutionem, amiſſo àque iis ſurrepto chyrographo, perjurio negaſſent. Cauſa verò Iudæorum perjurii hæc videtur eſſe, quod quotannis in die Expiationum recitent precationem, qua orent Deum, ut omnia perjuria, juramenta, datam fidem &c. irrita eſſe jubeat, nec in fraudem Iudæo ulli cedere ſinat, quæcunque totum per annum præſtantur, idq; fieri firmiſſimè ſibi perſuadent. Huius precationis verba habet. *Helv. d. l. p. 285. Bened. de Creſc. d. l. p. 30.* Politicas quod attinet leges ſupra poſitas maximè pro- 27.
barem, dummodo & executio & praxis ijs correſponderet. Nam de fraudibus fœneratorum verè dici poteſt, quod de Antæo fabulantur Poëtæ, Qui ſicut quoties tellurem matrem cadens tangebat, toties fortior

tior inſurgebat; Ita fraudes hæ quantò magis legibus & decretis Magiſtratuũ reprimuntur, miras per artes rurſum acrius oriuntur: *Luther. d. l. p. 1055. n. 42.* Et quantò ampliùs Chriſtiana religio ab exactione compeſcitur uſurarum, tantò graviùs ſuper his Iudæor. perfidia inſoleſcit, ita quod brevi tempore Chriſtianorum exhauriant facultates. *conſil. Lateranenſe 3. anno 1219. ſub Innocent. III. Can. 67.* Sunt enim Iudæi voraces quaſi corvi in Repub. & quaſi lupi inſatiabiles, quorum ſitis non extinguitur, quorum hydrops nullis curatur herbis aut medicinis. *Caſ. lib. 1. ſphær. civit. c. 6.* In ſumma, Es können die Juden nit laſſen/ſich mit jhrer angebornen Waffen des Judenſpieſſes wider die
28. Chriſten zu wehren. Hoc cùm ita ſit, quæſtionem de facto ab eâ, quæ eſt de jure ſecernimus cum Clariſs. Theologis in einem Rathſchlag dem H. Philippē Landgrafen zu Heſſen geben/ ob die Juden vnter jhrer
29. F. G. Land zu dulden/ *anno 21. Caſſel impreſſum.* Nam jura quidem & divina & humana largiuntur Iudæorũ tolerantiam: facta verò illorum privilegia qualiacunque & de jure conceſſa & conſuetudine inveterata, paulatim violant & imminuunt, vel etiam abuſu amittunt. *l. 10. C d. t.* nec ulla certa libertas atque ſedes ſecundum divina oracula ipſis eſt re-
30. licta, *Pſalm. 109. v. 10.* ſed tantùm ex gratia & indulgentia terras Chriſtianorum Principum incolant. *c. 2. etſi ext. de Iud. Petr. Theod. colleg. crimin. diſp. 5. θ. 10. lit. c.* adq; lubitum, præſertim imminente periculo, vel ſcandalo expelli, atque adeò etiam bonis diſpoliari poſſunt. *c. 3. c. 9. X. eod. Weſemb. d. l. n. 3. 4. Bened. de creſc. p. 25. 31.* & paſſim. Idem teſtatur *Everh.* Speckhan. *in ſuis διαλάγμασι, Iudæorum, Theſ. 20.* Eodem
31. planè ſenſu interpretanda privilegia modernorum Imperatorum, ubi contrarijs fundamentaliter reſpondet, *Bened. de creſc.* in ſeinem Bedencken *per tot. & p. 25. his verbis*, Es müſſen ſolche allein dahin verſtanden werden/ das man die Juden/ wann ſie ſich ſonſten vnuerweißlich halten/ auß barmhertzigkeit leiden vnd dulden/ vnd wo ſie allbereit weren/ vnuerſchuldter ſachē nicht außtreiben/ oder ſonſten wider Recht
32. beſchehen ſoll. E. in contrarium expelli & poterunt & debent, (ne vitiorum participes reddamur. Nam qui hæc ſciunt & tacendo vel ſequendo probant, & non revelant vel damnant, Majeſtatem lædere dicuntur graviter. *Benedict. de creſc. p. 28.*) Hinc *Molin. in tr. de uſuris*
33. *n. 581.* Principes cum Iudæis colludentes vocat ſocios furum. Id quod etiam innuunt verba privilegii Carolini, Es ſoll hinfüro kein Jud von niemandt ꝛc. ohne vnſere ſonderbare erlaubnuß nicht außgetriben oder
34. entſetzet werden. Nec non per veri oppreſſionem & falſi ſuggeſtionem
ſub

ſub & obreptitiè Imperatoribus ea ſunt quaſi extorta, quod conſtat ex verbis Caroli: So ſie auff trawen vnd guten glauben/ vmb gebürlichen Gewinn außleihen/ ut etiam alijs multis cauſis eiuſmodi privilegia promoventibus, quas cùm ceſſare videamus, ipſa quoque jure ceſſabunt privilegia. Quis ergo non dicat pientiſſimum Imper. à Judæis eſſe deceptum, & ſpe lucri circumventum (cùm nullus offerat mercedem, qui petit conſilium, ut Judæi non poſſint fœnerari: Nec quiſquam reperitur qui munera Principibus offerat, ut Judæos expellant. *Alexand. de novo conſil. 200. & 201.*) Wegen deß Reichs anlagen vnd hülffen/ der ſie gemeiniglich etwas höhers oder weiters vnd ſchwerers belegt/ vnd geſchetzt zu werden/ als die Chriſten ſich beklagen/ quod hiſtoricè refutat *Benedict. de Creſc. p. 35.* Et hoc maximè ſi eſſet, tamen non ſunt facienda mala, ut inde eveniant bona. Iudæi feruntur propter lucrum; Chriſtiani confratres expelluntur propter lucrum, quæ diſſimilitudo? Ratione indigentium & pauperum toleratur conſuetudo, quæ aliâs minimè toleranda eſſet, *Coler. de proceß. execut: part.* 1. *c. 10. n. 64. vid. Parthen. Litig. lib. 2. c. 11. n. 26.* Sic etiam Rudolphus II. Iudæis indulſit libertatem, Weilen ſie ſolches in glaubwürdigem ſchein/ (verba literarum) Vnterthäniglich haben fürbringen laſſen: ſub ſpecie ſcil. veri, quàm autem apparens & fucata hæc ſit veritas & Judæorum prætenſio, multæ jam nationes ſuo cum malo expertæ teſtantur. Iſt alſo eine weidliche/ dicke/ fette/ wolgemäſte vnd rechte Jüdiſche Warheit. Taceo, quod Imperator non præſumatur, aliquid contra mandatum Dei, Naturã, Concilia, Canones, Leges & Conſtitutiones Imperii facere: & hoc maximè ſi tentet, absq; tamen effectu conabitur: ſiquidem Conſtitutiones & Ordinationes politicæ ſupra allegatæ, unanimi ſtatuum conſenſu promulgatæ, quibus ſpecialis privilegiorum Imper. indultus nihil derogabit; nec non collegium Camerale juxta conſtitutiones potiùs, quàm ſingularia jura, & indulta pronunciat, *vide Creſc. p. 50. uſq; ad finem.* Horum fundaminum freti priſci Imperatores Veſpaſianus & Titus filius qui inter alias cauſas etiam ob fœnus Iudæorũ ſubſtantiam non tantùm inquiri juſſerunt; verùm etiam undecies centena millia Iudæorum, fame & gladio interimerunt, & alia centũ millia captivorum, publicè vendiderunt, *Paul. Diac. lib. 9. hiſt. miſcel. c.* 2. ut & Hieroſolymâ expugnatâ, tanta populi ſtrages tum in Aſia, tum in Africa ſecuta eſt, conſpirantibus finitimis omnibus, ad unius populi everſionem, ut gens illa Iud. penitus interiiſſe crederetur: profectò cæſorum numerus â Ioſippo relatus ſuperat miriades triginta. *Bodin. in*

[Margin numbers: 35. (beside "privilegia. Quis ergo..."), 36. (beside "Benedict. de Creſc."), 37. (beside "Parthen. Litig."), 38. (beside "Taceo"), 39. (beside "dultus nihil derogabit"), 40. (beside "p. 50. uſq;")]

F

*meth. hiſt. p. 289.* Item in Anglia, anno 1216. cùm quidam è Iudæis pro 20 ſolidorum uſura, plus denarijs in ſeptimanam duobus auferebat, tumultum Londinenſes excitarunt, impetuque in Iudæos facto, quos nanciſci potuerunt, occiderunt: punctoque temporis tantæ uſuræ cauſa, Iudæi plus 500. uſura lucis ac vita privati *Hiſtor. Brittan. lib. 3. ſub Heinr. III. Angl. Rege XV. p. m. 88.* Ferdinandus Hiſpan. Rex anno 1491. Iudæos regno expulit, ut uno ferè tempore 24000. Iudæor. ex Hiſpania profug erint, illisque ſeriò interdictum, ne aurum margaritas aut uniones ſimul efferrent, ſed mercium, pannorum, aut vini, ſimiliumque commutatione eaſdem permutarent; edicto parere negligentibus in ſervitutem vocatis. *Paulus Webner in Metamorph. Rerump. c. 5.* nihilominus deprehenſi nonnulli, qui nummos in Aſinorum clitellis & auribus deferebant: famaque fuit etiam quosdam ſeniores in lienibus & vetulas in membris (honore præfato refero) multas aſportaſſe pecunias, tanquam in loculis. *Lucius Marineus Siculus lib. 19. de rebus Hiſp. p. 964. vide etiam Hiſtoriam in Chron Hiſpan. Ioan. Vaſæi ſub anno 616.* Sic è tota Marchia ita proſcripti ſunt & extruſi Iudæi anno 1510. ob ſcelera nefanda, ut ſub pœna capitis omni eis reditu pariter interdictum ſit. *Laur. Surius in comment. hiſt. p. 86.* Simili modo in Electoratu Palatini Ducis ad Rhenum, Saxoniæ, Ducatu Brunſuicenſi, nonnullisq; alijs Romani imperij oppidis & ditionibus, Iudæi non tolerantur, ſed jam dudum exules facti ſunt, *Webn. d. l.* quos Sereniſs. Archidux Auſtriæ Maximilianus, anno 1604. imitatus, *Keller. lib. 1. de offic. Iurid. polit. c. 15.* nec non *hoc anno ſub 10. April. nova* docuerunt, duo millia & quingentos Iudæorum è Bajona de France eſſe banniſatos, eò quod unus ex ijs hoſtiâ ſacrâ impiè abuſus, *v. quoq; Laur. Surius in comment.*
41. *hiſt. p. 552.* Imò ipſe Deus Iudæos expellit, cœleſti namq; fulgore deleti 14000. & 70. *Petr. Gnodal. in lib. de ſedit. ruſtic. p. 4.* ut & in Anglia, Dei permiſſu videntur trucidati: cum enim anno 1188. Iudæi prohiberentur regis intereſſe coronationi, hoc edicto ab uno tranſgreſſo, maxima Iudæorũ orta eſt perſecutio & cædes, ut ita 400. Iudæi ſibi ipſis, de tempore & mortis genere conſtituentes, maiores venas inciderint, atque una cum ſanguine vitas etiam effuderint. *Hiſtor. Brittan. lib. 3. ſub Ricard. XIII. Angl. Rege. p. m. 79. & ſeq.* Vide exempla prodigioſa, quæ in executione civium Francofurt. (quos ſeditioſos vocant) contigerunt, narrata ab *Autore deß Triciniꝫ curſi Francofurt. lit. C.* Et hæc
42. de jure tum divino tum humano: Politicè ſi loquamur (id eſt quatenus Reſpub. conſideratur abſque religione) res ſalva eſt, dummodo pacatos agant

tos agant

ros agant ſubditos & absque ſcandalo vivant, ſatis hoc ſenſu concin-
num, ſatis politum Camerarij judicium part. 1. medit. hiſt. c. 58. Po-
liticeque illud placet Solimanni Sultani reſponſum, cùm à Muphti
& Baſſis admoneretur, ut Chriſtianos & alios diverſos ritus ſequentes
ad muſulmannizandum cogeret, fortè ex feneſtra in hortum variis flo-
ribus ſimul enatis decoratum, ex arce deſpiciens, uno in loco diverſi co-
loris floſculos monſtravit, his verbis: Quemadmodum iſta varietas
herbarum atque florum non ſolùm nihil obeſt, ſed mirificè oculos &
ſenſus recreat, ſic in Imperio meo diverſa fides & religio potius uſui eſt,
quàm oneri, modò pacatè vivant: ut & ratio hæc, quam ponit *Idem*
*c. 89. p. 415.* merè politica videtur, expellendo Iudæos Turcarum au- 43.
geri poteſtatem: quod Chriſtianus non curat, ſiquidem melius vide-
tur cum pietate damnum, quàm impietate lucrum ſentire: nam tole-
rantia Iudæorum quæ abſque blaſphemia & ſcandalo, ut dixi, non abeſt,
nos criminũ & ſcelerum eorum participes reddit: à quibus tamen ab-
horrere debeamus, cùm è contra potius honorẽ Dei ardentiſſimè ven-
dicare teneamur. *Arg. can. non invenitur. 23. q. 4. & can. Impp. 11. q. 4.*
*adhibe Creſcent. d. l. p. 28.* Tolerantiam inſequitur defenſio, quam
improbamus ex reformatione Auguſtana 1530. Das auch dieſelben 44
weder Frid oder Geleydt haben/ vnd jhnen an keinen Gerichten geholf-
fen werde/ injuſta ſcil. ſi cauſa & præſertim fœneratoria. vide Helv. p.
275. aliâs ſi ratio tolerantiæ adeſt, aderit quoque ratio defenſionis: ita
tamen ut ſervi ſervorum maneant, nec ulla ijs prærogativa concedatur,
præ Chriſtiano vel viliſſimo, nimiumque defendantur, Dann es ge- 45.
wiß die höchſte vnbilligkeit das vmb eines vndanckbaren Juden willen/
wegen Geldtſchulden ꝛc. die Chriſten geſtöcket/ geplöcket vnd geplaget
werden/ dann ſie ſeind den Chriſten vnterworffen wegen der Sünde/
welche ſie an dem warhafften Meßia begangen/ in welcher/ ſo ſie halß-
ſtarꝛig fortfahren die Chriſten zu verfolgen/ werden ſie widerumb in ver-
diente Dienſtbarkeit geſetzt. Matth. von Schwan. im einfältigen Be-
dencken von den Juden. *rat. 8. p. 13.* quomodo magnus Ambroſ. re-
prehendit Theodoſium Imperatorem Mediol. Eccleſ. ingredientem, 46
eò quod cives conſtantinop. ob crematam ſynagogam ad refundendos
ſumptus & licentiam inſtaurandi damnaret his verbis: Cur Imperator,
eum qui te ex privato Regem fecit, ſuo grege tibi commiſſo, qui caput
tuum ſqualidum diademate exornavit, tu contumelijs afficis: eos, à
quibus ille rejicitur, ijs præferendo, à quibus alitur, vi etiam illatâ, ut in
media urbe in qua Chriſtus colitur, & crux adoratur, ſynagogã Chriſti

interfectoribus ædificent? ea reprehenſione verecundatus Imperator: Numquid, inquit, Epiſcope in Repub. benè conſtituta plebi concedenda eſt, quidvis temerè & impudenter audendi licentia? At ne illud quidem inquit D. Ambr. concedendum eſt, ut Iudæi in medio Chriſtianæ urbis Synagogas habeant, & blaſphemiis precibus piorum aures obtundant. Ne verò iſtud decreveris Sanctiſ. Imper. His lenitus Theodoſius, Byzantijs remittit mulctam, & Iudæos intra urbem regiã
47. habere Synagogam vetuit. Zonar. lib. 3. hiſt. p. 30. Rebus itaque ſic ſtantibus, decernimus Iudæos neque recipiendos, neque tolerandos, neque defendendos; non tam quod ſint Iudæi, quàm potiùs quòd ſint ſeditioſi & mali. Omnes inſuper Sabathum tam arctè & ſtrictè co-
48. lentes, noſtrum tangat votum, optamus, ut eandem deportent mercedem, quã anno 1216. in Anglia unus ex impijs Iudæis conſecutus, qui cùm per ferias ſuas in cellam familiarem fortè eſſet delapſus, de ſe ſupplicium non irridiculè ſumpſit: Illuc enim delapſus homo ſanctus, eodem ſe die extrahi ſuperſtitione adductus pati noluit, Chriſtiani, ut par inepto referrent, poſtridiè (quod Chriſtian. Sabathum fuit) hominem itidem eximi non ſiverunt. Perendino igitur die, cum ſalutatum veniſſent, miſer inedia, frigore, odore exanimatus eſt. *Hiſtor. Britt. lib. 3.*
49. *p. 87. Cumq; rythmis* Matthiaſſen von Schwanenburg in ſeinem Bedencken / *ſub fine concludimus*:

Iſts recht das man die Dieb thut fangen
Vnd an den liechten Galgen hangen /
Do ſie doch offt eins andern Gut
Zu ſtehlen / zwingt die groß Armut:
Warumb ſolln dann willkommen ſein /
Die Juden jrgendts in ein Gmein /
Vnd finden da Freyheit vnd Schutz /
Als wann ſie brechten mechtigen Nutz:
Welchr Thun doch iſt nur Dieberey /
Verdampter Wucher vnd Schinderey.

Darumb wünſcht der *Autor* des *tricinij curſi Francofurtiani ſub fin.* recht;

Das alls Vnglück Gott gnädig wendt /
Die Juden ſind allſampt verblendt /

Ach

Ach das ſie doch würden geſchändt/
Vnd jhnen käm ein ſchnödes Endt.

Hiſce judicium aliorum melius de difficili hac controverſiâ ſentientium, minimè ſuſpenſum volumus, ſed meliora edocti, meliora ſequemur. 50

## ADFECTUS
*Quo*
## PROSEQUUNTUR Dn. RESPONDENTEM, FAUTORES ET AMICI.

### I.

*Quod numeras à te multo confecta labore,*
*Ut proſis vitæ, ſyrmata longa viæ:*
*Cognita quòd proprio experimento apodemica tractas*
*Themata: quodq́ eadem, pulpita docta premens,*
*Doctè propugnas: meritò patriæq́ tibiq́*
*Gratulor. hinc ſurgit namq́ utriuſque decus.*

Matthias Bernegger.

### II.

PRoh humiles animas, nec vitæ lumine dignas,
Qveîs poſt Fornacem conſenuiſſe placet!
Tu qvia materno jamdudum lacte relicto,
Et patrijs pomis, extera Regna petis:
Quô magis in Mundo nunc hîc nunc hoſpes es illîc:
Hoc magis ipſe tibi Patria Mundus erit.

F.

*M. Iohannes Paulus Cruſius,*
*Pr. Cl. Pr. & P. L.*

III.

S*Pectatum multus, mercatum paucior hoſpes*
*Advenit emporium; rarus utrumq; facit.*
Rarus utrumq; facis: *perluſtrans urbium Athenas,*
*Mercaris prudens civica fata foris.*
*Has ſi mercatum merces perrexeris, olim*
*Spectatum veniet plurimus orbe cliens.*

Amicitiæ gr. F.
M. Blaſius Eggen Argent.

IV.

COpia terrigenûm cumulet ſibi magna caducas
Divitias quamvis ( ô malefida cohors )
Atque tenere ſoli quàm plurima jugera culti
Pectore ſolicito nocte dieq; petat:
Pars hominum procuret equos, ſaltúsve ferarum
Luſtret, cui lepus eſt præda benigna & aper:
Parti etſi volupe eſt luxu ſua tempora vitæ
Perdere, & evacuat pocula plena mero:
Tu tamen invigilans ſtudijs cane peius & angue
Otia fugiſti languida, CLARE GRUBER
Scis etenim, quæcunque tenentur in æthere mundi,
Cuncta quòd exiguâ ſint peritura morâ.
Imperio telisque feris ſint ſubdita Lethi
Singula, at æterna GLORIA LAUS & HONOR.
Omne fluens ſtudiis fama eſt manſura per ævum, hæc
Perpertuæ mortuis neſcia fama manet.
Hinc jam conſcendens cathedram, GRUBERE, ſophorum
Obiectus ſolvis ſuaviter arte ſtrophas
Abdita multarum pandis penetralia rerum,
Ac breviter tollis vincula nexa, docens:
Quid peregrinarum regionum cernere mores
Proſit, quid linguas addidiciſſe juvet.
Ergo TIBI grator ſummo hoc de munere Phœbi,
In TE, quò teſter, quæ mea mens, quis amor.
Et precor, ut SUMMUS fortunet cæpta JEHOVA,
Ut patrio valeas utilis eſſe ſolo.

Quo

Quo Te cunque citat virtus tua fervida, perge
Perge nec aggreſsâ digrediâre viâ.
Cum primis verò ſpecioſa volumina juris
Sacrati tracta cum pietate ſacra,
Quæ quippe eſt accepta polo & venerabilis orbi,
Ac ſine qua nullum gloria pondus habet.

*M. Euſtachyus Mayer Med. St.*

## V.

*TEcum habita & nôris quàm Mens tibi ſana ſit, orbem*
*Namq́; pererrando vix ſine labe redis.*
*Eſſe cupis melior, ſis peior quam ante fuiſti,*
*Mores multorum ſæpe dedêre malos.*
*Cum peregrinaris, peregrinum dicere nolo*
*Te* Grubere, *alio quod facis hocce modo.*
*Tecum habitas medio quando ſectaris in orbe.*
*Virtutem, quæri quæ cupit aßiduè.*

D. Convictori p.
Bernh. Wachmann. M. St. & P. L. C.

## VI.

PRogeneratur homo rudis & peregrinus in orbem
Neſcit in orbe orbem ſeſe habitare ſuum:
Tandem adoleſcit homo fuſo peregrinus in orbe:
Sed ſcit in orbe orbem ſeſe habitare ſuum
Ne tamen omninò peregrinus in orbe pererret:
Orbis in immenſas it peregrinus opes.
Fit peregrinus enim, ne ſit peregrinus, in orbe:
Exit in orbem, orbem quo coluiſſe queat.
Non ergo peregrinari, eſt volitaſſe per orbem:
Exeat à vitijs quis, peregrinus erit.
Sic peregrinus erit, virtutis ut incola fiat:
Hinc peregrinanti patria ubiq; ſua eſt.
Multùm in utroque, Grubere, nites! peregrinus in orbe,
Incola virtutum; tecum es, abis, & ades.
Quos verò mammotreptos tenet inclytus orbis,
Sunt omninò domi, nec tamen uſque domi.

*M. Iohan. Georg. Dorſcheus*
*Argent. St. Theol.*

## VII.

Fine hoc luſtraſti terras, variasque per Urbes
Tranſiſti, ut poſſis optima ferre domum.
Fine hoc jam ſolers ſtudium tu ſuſcipis ingens,
Ut poſſis alijs quod dare ferre domum.

*Georgius Gumpelzhaimer*
*Lynz. Auſtr.*

## VIII.

*Sicut ager pinguis ( velut experientia teſtis,*
*Cui meritò conſtans eſt tribuenda fides )*
*Depreſſo fuerit niſi ritè ſubactus aratro,*
*Fert lolium notium, fert paleasq; leves:*
*Sic etiam ingenium, bona quod natura beavit*
*Indole, non cultum ſedulitate bona*
*Redditur obtuſum, perit, ac intercidit omne,*
*Cuncta ut Lethæis merſa feruntur aquis*
*Ergo facis theſibus benè, quòd peramande* GRUBERE
*Doctrinæ ſpecimen non vereâre dare:*
*Teſtariq; palàm, quòd docta volumina Iuris*
*Volvas, evolvas nocte dieq; ſacri:*
*Atq; docere ſimul, peregrinas ire ſub oras*
*Quid juvet, ac multi hinc commoda quanta ferant.*
*Nacta etenim peregrinando prudentia vitam*
*Dirigit, & mores non ſinit eſſe feros.*
*Hæc (dictis date quæſo fidem ) regione parantur*
*Vix una, plures ſuppeditare queunt.*
*Ingenium excolis ergò* GRUBER, *caligine prodis,*
*Argyropæ ſcandis pulpita clara ſcholæ.*
*Fers pharetram impletam telis, delectat arena,*
*Premia conſequeris digna labore tuo.*
*Siſtitur haud Pithon verbis formoſus in iſtis*
*Perge, precor ſtudijs proſpera quæq; tuis.*

Blaſius Schreiber
Vienenſis Auſtr.

FINIS.